tranſit in rem iudicatam: vt de re iudi. c. lator. tenor. ⁊ ſufficit. qd
mulier proponat aliquid rationabile cõtra ſententiã, vt declaraf
19 in. c. lator. ¶ †Quero quo iure cauſat mulier poſſeſſorium. dicit
Inn. q eo qd ad nullam ſententiam, vel mandatum iudicis, etiã
ſi violenter non eijciaf, dimittit quis poſſeſſionẽ, vel mulier a vi
ro ſeparaf, datur poſſeſſoriũ recuperande: qz ſufficit q ſit temere
dimiſſa. de reſti ſpo ex parte. ⁊. c. ex cõqueſtione. Secus ſi ſentẽtia
teneret, ⁊ non eſſet appellatione ſuſpenſa: ſed ſi eſſet appellatione
ſuſpenſa, executio reuocaretur per viã attẽtati. de appel. bone. ſm
Inno. Hoſt. dicit etiã ſi quo ad opi ſit rite lata ſnia, tñ non quo
ad veritatẽ. etiã ſine appellatione mulier audif. ſed non poſſeſſo
rio: ⁊ licet ſentẽtia non tranſeat in rem iudicatã. durat tñ vt ſnia
donec retracteſ: vnde meref executionẽ, niſi ſiat retractatio: ergo
20 nõ cauſat poſſeſſoriũ. Frã. de Zaba. ¶ †Oppo q vnus ſolus
iudex potent pcedere. §. c. quamuis. So. ſi aliter ſibi commiſſet
bene teneret, alias non, vt hic. Opp. ad idem de. l. ſi vni. alias inci
pit. Pomponius. ff. de re iudi. vbi dicitur qd tenet ſententia alte
rius. Soluunt aliqui qd tenet ſnia interlocutoria, vt ibi: nõ diffi
nitiua, vt hic. Hoc nõ eſt verum, niſi eſſent deputati ad vniuerſi
tatem cauſarum. Opp. ad idem de. l. j. ff. de offi. proconſul. ⁊ C.
vnſ. preſtan. l. i. So. illud in pluribus ordinarijs ſimul deputatis
qui intelligũtur deputati in ſolidũ, niſi deputenf plures, vt vni
uerſitas, tũc iuriſdictio nõ eſt apud ſingulos. de offi. ordi. c. irre
fragabili. ſed in pluib⁹ delegatis datis ſimpliciter ſecus, vt hic.

1 ☞ Delegatus dominus impetrantis recuſari põt vt ſuſpectus
vel etiã vbi impetrans eſt eius vaſallus, vel ſuffraganeus ipſius
impetrantis, aut ſi conſanguineus, vel aduocatus. nu. 5.
2 Natalium cauſa ſolet communiter epiſcopo committi, ⁊ quan
doque abbatibus. nu. 4.
3 Delegans poteſt delegatum ſuſpectum reuocare, ⁊ alium ſubde
legare.
6 Arbiter, vel arbitrator, poteſt eſſe dominus inter partes cõpro
mittentes, poſito qd ſit dominus alterius partis tantum.
7 Iudex quan poteſt eſſe in cauſa ſubditi, dum tamẽ ſit dominus
vtriuſque partis.
8 Iudicis etiam delegati ſuſpitio coram quo ſit terminanda.

1 Cauſam. ¶ †Delegatus dominus impetrãtis
recuſari poteſt. hoc dicit. Scd'a ibi: re
2 rũ. ¶ †No. i. qd cã natalĩũ cõiter cõmittif epo. ¶ Not.
ij. qd dominus impetrãtis põt ab altera parte vt ſuſpectus recu
3 ſari. ¶ †No. iij. qd delegans põt delegatum ſuſpectum reuocare
4 ⁊ aliũ ſubdelegare. ¶ †No. vltimo q cauſa natalĩũ qñq cõmit
5 titur abbatibus ¶ †Gl. i. querit quid ſi impetrãs eſſet vaſallus
delegati, an poſſit recuſari. dicit qd ſic. xxv. q. v. forma. ¶ Quid
ſi ſit ſuffraganeus impetrantis. Dicit idem vt lite non conteſta.
accedẽs. ¶ Quid ſi ſit conſanguineus, vel aduocatus. Dicit qd
idem. de appel. c. poſtremo. aſſignat alias cauſas. dicunt doct. qd
idem eſt. ſi eſt inſtitutus in totum, vel in partem heres ab impe
6 trante. ff. de iudi. l. Iulia. †An dominus poſſit eſſe arbiter, vel
arbitrator inter partes, poſito q ſit dñs, etiã tantũ alterius par
tis. Dic qd ſic: qz ille aſſumitur de partiũ voluntate. ff. de operis
liberto. Idẽ eſſet de iudice. ſi de partiũ voluntate aſſumeretur.
7 ¶ †Oppo. qd poſſit eſſe dominus iudex in cauſa ſubditi. de fo.
compe. c. ex tranſmiſſa. Sol. ſi eſt dñs vtriuſq põt: ſecus ſi alte
8 rius tantum. ¶ †Quero coram quo eſt proponẽda iſta exceptio
recuſationis. Dic q ſi ſunt dati cũ clauſula, pponif corã collega,
vel coram arbitris. j. c. ſi contra vnum. lib. vj. eo. titu.

1 ☞ Appellari debet de ſubdelegato ad delegatũ pape, qui cau
ſam ſibi delegatã commiſit, vel ſubdelegauit in parte, non in to
tum, ⁊ non ad primum delegantem. nu. 6. Idem ſi delegatus re
ſeruauit ſibi executionem tantum. nu. 11.
2 Delegatus pape poteſt cauſam ſibi commiſſam ſubdelegare vni
vel pluribus, ⁊ clericis, vbi cauſa eſt ſpũalis, vel laicis vbi eſt tem
poralis in parte, vel in totũ ⁊ ſententiam ſibi reſeruare. nu. 5. ⁊. 8.
Spũales cauſe non ſunt per laicos terminande. nu. 8.
3 Subdelegatio permittitur partium fauore, vt laboribus, ⁊ ſum
ptibus parcatur.
4 Delegatus vt de cauſa cognoſcat tantum, non poteſt procedere
ad teſtium examinationem, nec econtra nec ad ſententiam.
7 Appellari non debet a delegatis, eo qz ſubdelegent, ſed ab audiẽ
tia ipſorum ſubdelegatorum, q a inique procedunt, non autem
ab audientia ipſius delegantis, vt qz ſubdeleget.
9 Appellari licet a ſubdelegato ad primum delegantem, quando
negatur, ⁊ non conſtat delegatum habere iuriſdictionem. nu. 11.
10 Delegatum vbi negatur habere iuriſdictionem corã ſubdelega
to, vel non habere poteſtatem ſubdelegandi, an de hoc ſubdele
gatus cognoſcat.
12 Delegata cauſa ſub nomine dignitatis alicui, qui habet duas
dignitates vnitas, que poſt cõferuntur diuerſis, vel quid ſi mor
tuo altero delegatorum eius dignitas collega confertur, cui cen
ſeatur cauſa delegata.
13 Delegatus ſibi executionẽ reſeruans, dicitur ſibi de iuriſdictio
ne delegationis reſeruaſſe, licet cauſam ſubdelegauerit.
14 Delegari non debet cauſa pluribus propter abſurditatem, niſi
in ſolidum, licet hoc fieri alias poſſit.

Cum

1 **Cum te.** ¶ † Si delegatus pape cõmittit cauſaȝ non in totuȝ, de ſubdelegato appellabit
2 ad eum, ⁊ nõ ad papã. ¶ † No. j. ꝙ delegatus pape põt cauſam ſubdelegare vni, vel pluribus, ⁊ clericis, nõ laicis, vbi eſt
3 ſpiritualis. ¶ † No. ij. ꝙ ſubdelegatio permittitur, ⁊ etiaȝ ꝓpter
4 partiũ ſauorẽ, vt laboribus, ⁊ ſumptibus parcatur. ¶ † No. iij. ꝙ appellatione cognitionis cauſe nõ comprehenditur teſtiũ exa
5 minatio, nec econtra, nec ſnia. ¶ † Not. iiij. ꝙ iudex delegatus pape põt ſubdelegare ⁊ in partem, ⁊ in totũ, ⁊ ſibi ſententiã reſer
6 uare. ¶ † No. v. ꝙ vbi appellatur a ſubdelegato, nõ in totũ ap
7 pellandũ eſt ad ſubdelegantẽ, nõ ad primũ delegantẽ. ¶ † Gl. j. opponit qd non poſſit appellari ab ipſis delegatis, eo qꝛ ſubdelegent qꝛ ſubdelegatio eſt a iure permiſſa. ſ. c. ſi pro debilitate. So. dicit gl. qd appellabatur ab audientia ipſorum, qꝛ inique procedebat, non ab audiẽtia ipſius delegantis, vt qꝛ iſti ſubdelegent.
8 ¶ † Scḋo an cauſa poſſit ſubdelegari ipſis laicis. Dicit glo. qd nõ, per iſtum tex. hodie debet ſubdelegari perſonis habentibus qualitates, de quibus de reſcrip. ſtatutuȝ. §. j. ⁊ §. in nullo. li. vj.
9 ¶ † Opp. infra. c. is cui. ⁊ c. a ſubdelegato. li. vj. So. ibi negatur delegatũ habere iuriſdictionẽ: quo caſu ad papã appellandũ eſt.
10 ¶ † Sed quero an eo caſu cognoſcat an ſua ſit iuriſdictio puta qꝛ dicit corã ſubdelegato delegatum nõ habuiſſe poteſtatẽ ſubdelegandi. ipſe ſubdelegatus cognoſcat. de quo in ſpec. ti. j. §. ex
11 cipi. ver. item ꝙ cauſa. † Sed an vnus delegatus poſſit ſubdelegare pluribus. Dicit Inn. qd ſic qd verũ eſt. Dicit tñ Io. an. qd ſi eſſet princeps, ſtatueret qd nõ poſſet niſi vni ſubdelegare: tamẽ ſi diſcordant iſti plures, ſi delegatus ſubdelegauit in totũ, recur
12 retur ad primũ delegantem, vel ad ipſum ſubdelegantẽ. ¶ † Et poſſet hic queri de duabus queſtionibus, de quibus querit Io. an. in c. rationi. de reg. iur. li. vj. ¶ Sed quid ſi delegeẽ cauſa ſub nomine dignitatis alicui habenti duas dignitates vnitas, que poſtmodũ cõferunẽ diuerſis, vel quid ſi mortuo altero delegato
13 rum eius dignitas college cõfertur. ¶ † Quid ſi delegatus reſeruauit ſibi executionẽ tñ, an dicaẽ ſibi de iuriſdictione reſeruaſſe, ita ꝙ ſit appellandũ ad delegatũ dic ꝙ ſic. j. c. ſi delegatus in ſi. li.
14 vj. lȝ Inn. cõtra, ⁊ male. ſ. c. ſi pro debilitate. ¶ † Quid ſi vnus ex ſocijs delegeẽ pluribus, an poſſit? Dicit hic Inn. ꝙ ſic, ⁊ videtur cõceſſum. j. c. paſtoralis. §. reſponſo. ⁊ c. cordi. ⁊ c. ſi. ¶ Alij dicunt qd ſolũ vni dȝ cõmittere ꝓpter abſurditatẽ, que ſequereẽ, ſi vellẽt cõtrariũ. ad hoc. ſ. c. quiaius. ¶ Dicit Hoſt. ꝙ propter hãc rationẽ docet experiẽtia, ⁊ expedit ꝙ vni ſoli cõmittatur, nõ tamen neceſſarium, imo alia cõſideratione, que habeẽ. c. prudentiã expedit pluribus cõmitti: cõtradictioni vero ipſorũ eſt prouiſum, de re iudi. c. ſi. ¶ Dicit Io. an. ꝙ illa decre. huic caſui nõ ꝓuidet, propter ꝙ dicit Io. an. ꝙ ſi principi aſſiſteret, ſuaderet qd vni tantum committeretur, vel pluribus, tantum in ſolidum, ita ꝙ vnus ſolus admitteretur ad inſtar eius, qd dȝ de elec. c. j. li. vj.

1 ☞ Iuriſdictio delegati per litis cõteſtationem, ⁊ citationẽ initiatur negotium, ſeu perpetuatur.
2 Delegatio, ⁊ mandatum morte mandantis, ⁊ delegantis extinguitur re integra, que nondum ad delegatũ eſt irreuocabiliter radicata, videlicet per non conteſtationem, ⁊ citationem. nu. 5.
3 Iuriſdictio extinguitur in perſonam mandatarij re integra extincta iuriſdictione in perſonam mandãtis: ⁊ quid ſi a principe ſi delegatus. nu. 9. Ibi alij legiſte.
4 Lite non conteſtata, ⁊ nõ ante, res deſinit eſſe integra quo ad impediendam tacitam extinctionem morte mandantis.
6 Mandatum morte mandantis extinguitur.
7 Delegans in commiſſione contemplatur perſonam ſuam, non dignitatem.
Delegati iuriſdictio extinguitur ad perſone extinctionem, licet dignitas duret.
8 Delegatus licet ceptione negotij iuriſdictionis nõ efficiatur dominus contra reuocationẽ expreſſam, efficitur tamen dominus quo ad impediendã tacitã reuocationem ex voluntatis defectu.
9 Citatio ſola an perpetuet iuriſdictioneȝ, vel requiratur litis conteſtatio, aut ſufficiat aliquid ingredi de negotio principali. ⁊. j. c. proximo.
10 Iuriſdictionis mandatũ an extinguatur indiſtincte morte mandantis.

1 **Relatum.** ¶ † Per litis conteſtationẽ, ⁊ citationẽ, initiatur negotiũ, ſeu perpetuatur iuriſdictio delegati. h. d. ¶ Decĩſa cõſultatio, ⁊ bimembris reſponſio, ibi nos. Secũdum mem
2 brum reſpõſionis ibi: ſi vero. ¶ † No. regulã ꝙ mandatũ, ⁊ delegatio morte mandantis extinguiẽ re integra, ita ꝙ perimiẽ morte delegãtis: qꝛ iuriſdictio delegati vt propriũ nihil habentis pẽ
3 det volũtate cõmittẽtis, qua finita, finitur mandatũ. ¶ † No. ij. qd extincta iuriſdictione in perſonam mandantis extinguiẽ iu
4 riſdictio in perſonã mandatarij re integra. ¶ † No. iij. ꝙ res de

ſinit eſſe integra quo ad impediendũ tacitã extinctionẽ per mor
5 tem mandantis lite nõ cõteſtata, nõ ante. ¶ † No. iiij. qd iuriſdictione extincta in perſonã principalis, extinguiẽ in perſonaȝ ab eo habẽtis, que nondũ eſt ad ipſum irreuocabiliter radicata, ⁊ ra
6 dicata cẽſeẽ per litis cõteſta. ¶ † No. aliud generale, qꝛ mandatũ
7 morte mandantis extinguiẽ. ¶ † No. ꝙ delegans in cõmiſſione cõtemplaẽ perſonam ſuam, nõ dignitatẽ. Ideo ad extinctioneȝ
8 pſone extinguiẽ iuriſdictio delegati, lȝ dignitas duret. ¶ † No. ꝙ licet delegatus ceptione negotij iuriſdictionis nõ efficiaẽ dñs cõtra reuocationẽ expreſſam, efficitur dñs quo ad impediendaȝ
9 tacitam reuocationẽ ex voluntatis defectu. ¶ † Gl. opp. ꝙ ſola citatione perpetuiẽ iuriſdictio. j. c. proximo. de offi. lega. c. fina. j. eo. c. licet cõtrariũ dicaẽ hic. agitur ſm̃ leges requiriẽ litis cõteſtatio. de iuriſdicti. om. iudi. l. ⁊ qꝛ. in aut. de litigi. §. igitur. ſm̃ canones ſecus. deinde colligiẽ ⁊c. ¶ Videte, inter legiſtas antiquos in. d. l. ⁊ qꝛ. ſunt opi. Moderni tenent qd ſufficiaẽ ſola citatio, vt mar. Azo tenebat ꝙ requireretur litis cõteſtatio: ⁊ dũȝ ipſe allegaret in dubio, allegauit inſtructus a quodã canoniſta. c. relatũ. pro ſua opi. In cõtrariũ fuit allegatũ. c. gratũ. ⁊ fuit confuſus: ⁊ ideo dixit gratũ, ⁊ relatũ, fecit me vituperatũ: qꝛ quilibet eorum propter ſuas allegationes fuit confuſus. ¶ Alij legiſte dicũt ꝙ ſi delegatio eſt facta a principe, non extinguiẽ morte delegãtis. Mouenẽ per dictam. l. ⁊ qꝛ. qd eſt contra textum hic. ¶ Videte legiſte ⁊ canoniſte cõmuniter tenẽt iſtud, qd non requiratur citatio, ſed ſufficiat aliquid ingredi de negotio principali. Et mouentur per. c. quamuis. ⁊ c. licet. j. eo. vt ibi videbitis. ¶ Unde quomodocunqȝ ceperit aliquid agere, vt ſi vocet notariũ, vel eligat, nõ extinguitur iuriſdictio iudicis delegati. ⁊ hec opi. vera. Sed ei multũ obuiant iſta capitula, que requirũt citationẽ, ⁊ litis cõteſta. ſed ſubaudiaẽ ad tex. qꝛ etiã ſufficit qd aliquid de ſubſtantialibus ſint ingreſſi. ¶ Ad tex. hic, ⁊ in. c. gratũ. nõ poteſt dari bona reſponſio, niſi dicatur qd cauſa fuerit cõmiſſa per delegantem poſt citationẽ a ſe factam, ita quod comparet corã delegato. ¶ In contrariũ facit fortiter. c. propoſuiſti. de foro cõpe. vbi requiritur citatio. Dic ꝙ ibi tractatur de perpetuatiõe quo ad partes, ne ab alio poſſit preueniri: quo caſu, requiriẽ citatio: qꝛ nullũ actum alium exercet inter partes. ¶ Unde aliter quo ad partes nõ poteſt perpetuare, quam citatione: hic de perpetuatione quo ad impediendã tacitam reuocationem per morteȝ: quo caſu ſufficit qd res quomodocunqȝ nõ ſit integra reſpectu iudicis, lȝ ſit reſpectu partiũ. Obſtat. c. ſi. j. de offi. lega. ¶ Aduerte, ibi finita iuriſdictione legati expirabat dignitas, que nõ ſuſtinebat ſubiectionẽ partiũ, ⁊ pro tanto requiriẽ ibi citatio, qꝛ ibi tractabaẽ de perpetuanda iuriſdictione, etiã quo ad partes. Hic durabat ſucceſſio: reſpectu iuriſdictionis, que nõ extinguebaẽ extincto principe, cũ remaneat dignitas, que nõ moriẽ. Et ideo alleg. qui non ſufficiebat perpetuari quo ad cõmittentẽ, non quo ad partes, vt
10 quo ad ipſum nõ extinguaẽ, vel dic vt ſupra. ¶ † Quero an indiſtincte mandatũ iuriſdictionis extinguaẽ morte mãdantis. Hoſtien. poſuit iſtã materiã incõpetẽter in. c. qm̃ abbas. ⁊ ibi tractat etiã incõpetenter an mandatum procuratoris extinguaẽ morte mandatis: de quo diceẽ etiaȝ in ſua materia de procuratoribus. ¶ Circa mandatũ iuriſdictionis dicit ibi qd ſi cõmittiẽ iuriſdictio ordinaria adminiſtrationẽ nõ habenti, nõ extinguiẽ morte mandantis. Idẽ multo minus ſi habẽti adminiſtrationẽ, vel cũ adminiſtratiõe ordinaria iuriſdictio alicui cõmittaẽ, qꝛ fortior. C. vbi, ⁊ apud quẽ in integr. reſtitu. l. fina. lȝ reuocatione expreſſa mandatoris reuoceẽ, vbi eſt cõmiſſa perſonaliter. j. de preſumpt. mandata. j. eo. ti. nouit. Ratio, qꝛ iuriſdictio delegata dependet a mandante re integra: ⁊ ideo diciẽ qd delegatus nihil habet proprium iuriſdictionis. l. j. §. j. in fi. ff. de offi. eius, cui man. eſt iuriſdictio. ſed bene ordinaria radicaẽ in propria perſona, ⁊ nõ hȝ dependentiã a cõmittente. ¶ Tractat etiã ibi qñ dicatur quis ordinarius, ⁊ delegatus. dicaȝ de offi. ordina. c. j. In delegata dicit qd ſi committens cõtemplaẽ in ſe proprium nomen, ⁊ ſic ſuam perſonam, cõmiſſio extinguiẽ morte delegantis, vt hic. Si exprimat dignitatẽ ſuam cõmittendo: ⁊ tũc non expirat morte delegãtis, arg. ſ. c. qm̃. quaſi veſtiatur, ⁊ cõſolidetur cũ reliqua iuriſdictione ordinaria. Ad hoc. j. c. ſuper queſtionẽ. §. ſi vero. ſic põt intelligi in authen. vt nulli iudicium. §. ⁊ hic vero iubemus. colla. ix. In datione executoris ſi eſt miſta eſt idẽ ꝙ in delegato, exceptis beneficialibus: de quibus dic ꝙ ſi gratia eſt perfecta, qꝛ collatus eſt canonicatus, nõ expirat poteſtas, licet executor nil egerit: ſi non eſt perfecta, tũc re integra expirat morte mandantis. eo. ti. ſuper gratia. lib. vj. ¶ Si pura ſit executio, vel aliud, ex officio ſcribaẽ adminiſtrationem habenti, nec morte mandatoris nec mandatarij tale mandatũ expirat, dummodo ꝑcepta ſint facta legitime ⁊ cõtra executionẽ nil opponaẽ, vel niſi ex hoc cõtingat, ſiluã, vel vtilitatẽ publicã ledi: quo caſu expectaẽ ſcḋa iuſſio. in authẽtico, vt nulli iudi. §. ⁊ hic vero iubem⁹. ⁊ in authẽ. de mãdatis princi

puꝫ.§.deinde cõpetens.colla.iij. ¶ Et ſic limitat ſpe.iſtã decre.
pcedere vt morte mãdatoris expiret cõmiſſio in cõmiſſione. Se
cus dicit in pcepto:q: cõmiſſio pẽdet ex volũtate mandãtis,que
finit morte:pceptũ nõ hꝫ depẽdentiã ex voluntate,ſed ex neceſſi
tate,eo ꝙ eſt mandatũ.in ſpe.de offi.deleg.§.reſtat.ver.item mortuo.

1 Delegati iuriſdictio perpetuantur ſi citauit partes ante mor
tem delegantis.
2 Citatio quandoqꝫ fit per edictum,⁊ iuriſdictionẽ perpetuat quo
ad impediendam reuocationem tacitam morte delegantis.
3 Per actum contrarium ſecundum renuntiatur primo incom
paſſibili cum ſecundo.
4 Appellationi renuntiatur per litigiũ voluntariũ coram iudice a
quo,qñ actus factus ſonat in modũ agendi:ſecus ſi modũ patiẽ
di:⁊ quid quando actus eſt affirmatiuus, vel negatiuus.nu.21.
Probare nitens debet petere inducias ad probandum,⁊ facta
probatione iudex ad partium inſtantiam debet teſtes publicare.
6 Renuntiatio,⁊ concluſio in cauſa inter ſe differunt.
7 Renuntiatio productioni teſtium non operatur renuntiationeꝫ
quo ad allegationes iuris.
8 Citatione non dicitur proprie negotium ceptum, ſed quaſi:nec
dicitur deſinere res integra,etiam quo ad renuntiationeꝫ tacitã.
9 Mortis incertitudo aliquid operaꝰ in iuriſdictiõe nõ reuocãda.
10 Citatio que ⁊ per quem fieri poſſit per edictum,vel nuntium.
11 Appellationi videtur etiam renuntiatum quolibet actu iuriſdi
ctionali per appellantem coram iudice a quo factum,vbi nõ ten
ditur ad excluſionem iuriſdictiõis nu.21.
12 Iuriſdictio perpetuatur quocunqꝫ actu iuriſdictionali dummo
do ſit validus etiam citra citationem.
13 Delegati iuriſdictio non extinguitur citra quemlibet actum iu
riſdictionalem,quando eſt commiſſa vt executoris ſuper benefi
cio accedit alteri vt gratie,que non extinguuntur,ſed conſeruan
tur ſub gratia,tanquam ſub principali.
14 Delegati iuriſdictio etiam re integra fauore fidei, vt iuriſdictio
inquiſitionis heretice prauitatis.
15 Iuriſdictio ordinaria non extinguitur,re etiam integra,⁊ quare
differat a delegata.
16 Appellationi quando non videatur renuntiatum per actum cõ
trarium,vt comparendo coram iudice a quo.⁊ nu.21.
17 Renuntiare iuri ſuo quomodo quis cenſeatur per actum cõtra
rium.
18 Citatione an dicatur iudiciuꝫ ceptũ,ſeu quaſi,vt videatur poſſe
tranſire iudicium ad ſucceſſorẽ impetrantis.
19 Delegati iuriſdictio nõ expirat morte mandãtis,nec reuocaꝰ,lꝫ
ſit de morte certus:tñ vbi ante mortẽ iudiciũ eſt ceptũ,vel quaſi.
Et quid ſi eſt incertum ipſi delegato de morte,⁊ poſt mortem ci
tat,an valeat citatio.
20 Reſcriptorum iura an tranſeant in ſucceſſorem.

1 Gratum. ¶ Si delegatus citauit ante mor
tẽ delegãtis,ppetua eſt iuriſdictio.
Hoc primo. Scdo dicit ꝙ appellationi renũtiat,qui
corã iudice, a quo appellauit,litẽ pſequiꝰ. ¶ Cõmu
nis diuiſio. Scda ibi:nos autẽ.⁊ quelibet ſubdiuidiꝰ. Scda ſecũ
2 de ibi:in ſcdo. ¶ †No.primo ꝙ citatio fit qñqꝫ per edictuꝫ. Ad
hoc de elec.c.ſi.lib.vi. ¶ No.ij.ꝙ citatio ſola perpetuat iuriſdi
ctionẽ quo ad impediendã reuocationẽ tacitã morte delegãtis.
3 ¶ †No.iij.ꝙ per actũ cõtrariũ ſcdm renuntiaꝰ primo incõpaſſi
4 bili cũ ſcdo. ¶ †No.iiij.ꝙ p litigiũ volũtariũ corã iudice a quo
renuntiaꝰ appellationi.ꝙ eſt verũ,qñ actus factus ſonat in mo
dum agẽdi:ſecus ſi in modũ patiẽdi. Verbi grã,lata ſnia contra
appellatũ appellans ſeruat ſniam,an videaꝰ renũtiare appella
tioni. Notanter dicit Inn.ꝙ nõ,in.c.cum olim.ad fi.el.ij.j.de re
ſti.ſpo.⁊ quãdo fit per actũ affirmatiuum iuriſdictionis:ſecus ſi
per actũ negatiuum,⁊ impugnatiuuꝫ illius:vt in.c.ſi a iudice.de
appel.li.vj.⁊ ibi no.⁊ no.in dicto.c.cũ olim.el.ij.ad fidẽ. Itẽ qñ
iudex a quo reijcit actũ per appellantẽ corã ipſo geſtũ,iuxta no.
in.c.cũ veniſſent.ad fi.j.de eo,qui mit.in poſ. Itẽ quo ad appella
tionẽ interponendã,iuxta no per Inn.in.c.ꝙ ad cõſultationẽ.j.
de re iud.ꝙ plus operaꝰ actus affirmatiuus,quã negatiuus vi
5 de gl.de cõſti.cũ accesſiſſent. ¶ †No.v.ꝙ habẽs pbare dꝫ petere
inducias ad pbandũ,⁊ facta pbatione iudex ad inſtãtiã partiũ
6 debet teſtes publicare. ¶ †No.vj.ꝙ aliud eſt renũtiatio,⁊ aliud
cõcluſio. De hoc vide clare in.c.fraternitatis.de teſtibus.⁊ in.c.
7 paſtoralis per Inn. ¶ †No.vij.ꝙ per renuntiationẽ pductiõi
8 teſtiũ,non videꝰ renuntiatum allegationibus iuris. ¶ †No.ij.
ꝙ citatione proprie negotium non eſt ceptum,ſed quaſi. ¶ No.
nono ꝙ citatione dicitur deſinere res integra,etiam quo ad re
9 uocationẽ tacitam. ¶ †No.viij.quod incertitudo mortis ali
10 quid operatur in iuriſdictione nõ reuocãda. ¶ †Oppo.in pri
mis ꝙ citatio nõ tenuerit:q: non per edictum,ſed per nuntium
fieri debet.in authẽ.de litigioſis.§.omnẽ.colla.viij.C.de preſcri.

xxx.anno.l.cũ notiſſimi.⁊.l.ſicut.⁊ de appel.cũ pareti. So.olim
per edicta poterat fieri,que ponebanꝰ in albo pretoris.de quo in
cle.dudũ.de iudi. Et fiebat differẽtia q: minores iudices hoc nõ
poterãt.de quo in ſpe.de cita.§.ſequiꝰ videre.ver.⁊ no.ſed hodie
ſta cõtrarius,per hoc,ꝙ no.in.c.ſi aduerſarius.de eo,qui mit.in
11 poſ. ¶ †Oppo ij qꝺ hic in ſecunda queſtione dicitur de eo,qui
appellauerit,qui produxit teſtes corã iudice a quo,⁊ vlterius p
ceſſit in cã:vꝫ enim ſufficere vnicus actus.j.de appel.c.ſolicitudi
nem. Solu.ſta contrario,ſm Inno.ꝙ hic ſufficiebat alterum.⁊
Hoſt.expreſſius dt quemlibet actũ iuriſdictionalẽ factum corã
iudice a quo ſufficere:de quo de re iudicata.c.cum inter.⁊ dicto
c.ſolicitudinẽ. Ad quod oppo.de.c.ſi a iudice.⁊ qꝺ ibi notatur
in gl.ij.de appel.li.vi. So.intellige predicta quando comparet
coram iudice a quo,faciendo aliquid iudiciale,per ꝙ non tendiꝰ
ad excluſionẽ iuriſdictiõis iudicis,vt in exẽplis tex.noſtri. Sed
ſi tendaꝰ excluſioni,ſecus,vt dicit illa gl. Et ratio diuerſitatis,q:
primo caſu,⁊ preciſe vñ velle ſtare iudicio iudicis a quo:ideo tol
litur appellatio. Scdo autẽ caſu nõ ſic videtur,immo potius contra
12 riũ. ¶ †Opp.ꝙ citatio ſola nõ perpetuet,ſed requiraꝰ litis con
teſtatio.ſ.c.pximo. So.illa dꝫ intelligi per ſubauditum,cum di
cit ibi,ante litis.cõteſtationẽ dic ⁊ citationẽ:immo ſufficit quicũ
que actus iuriſdictionalis,dũmodo ſit validus etiã citra citatio
13 nem.j.c.iꝫ. ¶ †Opp.ꝙ etiã citra quemlibet actũ iuriſdictionalẽ
nõ extinguiꝰ iuriſdictio delegati.i.c.licet.⁊.c.ſi ſup gratia.li.vi.
So.ibi ſpeciale,qꝛ delegata iuriſdictio vt executoris ſup bñficio
accedit alteri,vt gratie,que nõ extinguiꝰ,ideo cõſeruat ſub gra
14 tia tanqꝫ ſub principali. ¶ †Opp.ad idẽ de.c.ne aliquiꝰ.de he
ret.li.vj. Sol.ibi ſpeciale fauore fidei,⁊ iuriſdictio inquiſitionis
15 heretice prauitatis etiã re integra nõ expirat. ¶ †Op.de.c.ij.de
officio lega.li.vj. So.ibi daꝰ iuriſdictio ordinaria q̃ nõ extingui
tur re integra,vt ibi,hic delegata. Pro hoc.vij.q.i.petiſti.vbi p
Archidi. Ratio differẽtie inter delegatã,⁊ ordinariã,q: ordina
rius pcedit iure ſuo,ſed delegatus iure delegãtis:eo ergo extin
16 cto re integra nõ põt eius vices agere. ¶ †Opp.in ſi.ꝙ nõ renũ
tiet appellationi cõparendo corã iudice a quo.de eo,qui mit.in
17 poſ.c.cũ veniſſent. So.vt ibi. † Et quomodo per actũ cõtrarium
18 quis renuntiet iuri ſuo,vide de cõſti.cũ acceſſiſſent. ¶ †Opp.ꝙ
male dicat,quaſi ceptũ:q: dicitur ceptũ per citationẽ:citatio enĩ
eſt principiũ ingreſſus iudicij:ſed per principiũ dicitur quid ce
ptum:ergo,⁊c. So.dicit gl.ꝙ proprie loquitur,q: nõ eſt ingreſ
ſus per citationẽ de principalibus iudicij licet de neceſſarijs:vñ
poſt citationẽ poſſunt legitime exceptiones dilatorie pponi,nõ
poſt litis conteſtationẽ,q: tũc dicit ppꝛie iudiciũ ceptũ,ſecundũ
doctores. Dicit etiam gl.quod quaſi ceptum dicitur altero reſpe
ctu:q: ſucceſſor impetrantis citatione facta perpetuabit iuriſdi
ctionem quantũ ad ſucceſſorem.in.de reſcriptis.ſignificauit.vbi de
16 hoc.facit.l.⁊ q:.cũ ſi.ff.de iuriſdi.om.iudi. ¶ †Quid ſi certus eſt
delegatus de morte,litẽ tamen ceperat,vel quaſi. Dicit glo.ij.qꝺ
nõ reuocabiꝰ morte mandantis,per tex.ideo ſtat bene maxime.
¶ In gl.ſecunda ibi:poſt mortem.dic qꝺ non ſufficit ignoran
tia,per iſtũ tex.niſi preceſſerit citatio. Nec ob.§.recte q: loquitur
in mandato extraiudiciali,⁊ bone fidei,hic in iudiciali,ꝙ eſt ſtri
cti iuris. Itẽ hic reuocatio alteri nõ preiudicat,ibi ſic. Et hoc,q:
ſcdm veram opi.ipſo iure reuocaꝰ morte mandatis:vt not.j.de
teſtibus.cũ veniſſent.⁊.c.lꝫ.⁊.ti. Nec ob.c.audita.de reſtit.ſpo.q:
loquitur in reuocatione,que fit ad cõmodũ partiũ,hic de reuoca
tione,que fit natura. Et hoc tenet Bar.in.l.⁊ q:.de iuriſdi.om.
iud.ita appoſtillans vltimo anno. ¶ Quid ſi eſt incertũ ipſi dele
gato de morte,⁊ poſt mortẽ citat,an valeat ꝙ agitur. Et glo.qꝺ
ſic.per.§.recte.Inſti.manda.⁊.l.eius,qui.ff.ſi cer.pet. Dic ꝙ mã
datũ nihilo minus reuocaꝰ iuriſdictionis,q: eſt ſtricti iuris. Cõ
trariũ loquiꝰ in mãdato bone fidei,⁊ extraiudiciali,quo caſu eſt
dicendũ vt in cle.cũ illuſio.de renun.vel hic reuocatio alteri non
pñdicat,ibi ſic. Sed an valeat pceſſus,ſi cadat in dubiũ an ipſo
iure reuoceꝰ,an obſtante exceptione:ſi tenemus qꝺ ipſo iure,qꝺ
pꝫ.ſ.c.proximo,ibi:expirat.⁊.l.⁊ q:.ff.de iuriſdi.omniũ iudi.ibi
ſoluiꝰ.⁊ hic eſt caſus,vt in.c.cũ veniſſent.de teſtibus.⁊ in.c.licet.
j.eodem,notabiliter. Ad hoc dubium facit.c.audita.de reſtitut.
ſpolia.⁊.c.cũ veniſſent.eo.ti. Sed dic,adhuc nõ valet proceſſus:
cap.audita.loquitur in reuocatione,que fit ad commodum par
tiũ,que intelligiꝰ ſi partes petant hic de reuocatiõe ſimplici. Et
hoc tenet Barto.in.l.⁊ quia.ff.de iuriſd.omniũ iudi. Vel alter
nunquid proceſſus geſtus per ignotum, durante ignorantia ſit
aliquis. Videtur ꝙ ſic,per.c.audita.ſ.alleg. Barto.dicit cõtra
rium. Nec ob.c.audita.de reſtitu.ſpolia.q: loquiꝰ de reuocatione
que fit ad inſtantiam partium,⁊ eorum cõmodum,hic de ſimpli
20 ci. ¶ †Quid ſi prelatus impetrans mortuus ſit: Dic aut impe
trauit nomine pprio,vel eccleſie. Primo caſu ſi ante mortẽ cepit
agere heres,vel ſucceſſor ſuus,id poterit pſequi dũ tñ tale ſit ius
ꝙ trãſeat ad ſucceſſorẽ ſecus ſi nõ cepiſſet ad hoc de loſſi.teſtam.
l.ſi pater.

l.ſi pater.⁊.l.ſi qs filium. Si vero nomine eccleſie,aget ſucceſſor, etiam ſi nō preuenerit mortē eius.ſ̄.c.qm̄ ⁊ etiā ſi prelatus nomen proprium expreſſerit.⁊ idē eſt,ſi cōtra prelatū non citatū expreſſo nomine proprio fuerit impetratū reſcriptū. de fo.cōpe.
21 dilecti. Ho.ibi remittit ad.c.ſignificauit.de reſcriptis. ¶ † Ultimo limita decre.vt per petitionem inductarum coram iudice a quo videatur receſſum ab appellatione, quando hec petitio fit iam appellatione interpoſita:ſecus ſi appellatione nondum interpoſita,pendente tempore appellationis, recipiat terminum ad ſatiſfaciendum,cum ad hoc neceſſitetur,ex quo appellauit. ſic no. Jnn.de re iudi.c.qđ ad conſultationem.per illum text.qđ bene no.pone ſecundam.c.cum olim.⁊ tertiā de matrimonio cōtracto vltimo anno.ita dixit. ¶ Not.limitationem primam ad id,qđ dicitur,qđ per actum factum corā iudice,a quo appellatū eſt,⁊c.videtur quis renuntiare appellationi.hoc verum, quādo aliquid facit per actus ſonantes ad agendum:vt quia petit terminum teſtes producendi,⁊c.ſecus per actus ſonantes in pati: vt ſi iudex aliquid ex officio faciat,puta excommunicat appellantem,ipſo ſcʒ appellante patiente:tunc ipſe non videtur recedere ab appellatione.de hoc per Hoſti.hic. ¶ Secunda limitatio eſt ſi intra tempus appellandi,videlicet decem dierū aliquid attentet,puta recipiat terminum ad ſatiſfaciendum,qđ per hoc non renuntiat appellationi faciende,quin poſſit a grauamine precedenti appellare.ſic no. Jan.de re iudi.qđ ad conſultationē. quod bene no. ¶ Tertia eſt,quando aliquid facit coram iudice.⁊ illud a parte recipitur.vel acceptatur:alias nō videtur recedere:nec eſt receſſum.ſ.quando actus factus cōtrarius appellationi,non recipitur coram iudice a quo quis appellatum. De hoc in.c.cum veniſſent.de eo,qui mit.in poſ.

1 ☞ Delegatis tribus cauſa commiſſa cuʒ clauſula qđ ſi nō oēs, priuſq̄ appareat de impotentia,vel non voluntate tertij,duo procedere non poſſunt:⁊ ſi procedant,nil agitur:⁊ clauſula impotētie expreſſa purificatur duorū poteſtas tertio nolente intereſſe, dato quod non ſit impeditus.

2 Intellectus hominis dicitur informari ex iuris declaratione.

3 Sententia non comprehenditur appellatione proceſſus cauſe: ⁊ ſic videtur quod ſententia non ſit de proceſſu.

4 Iuriſdictio an ſit de actis preceſſus.

5 Nuntio tantum etiam non literatorie deſtinato poteſt delegatus abſentiam excuſare,vbi nuntius eſt certus.

6 Condelegati abſentia pōt tripliciter probari ad purificandam, ſeu ſolidandam poteſtatem alterius condelegatorum.

7 Clauſula qđ duo nequeant procedere tertio abſente,vbi iuriſdictio eſt tribus delegata,an operetur qđ duo poſſint procedere tertio excuſato de nō potentia aſſiſtendi,etiā ſimplici volūtate.

8 Proceſſus habitus per duos,tertio nondum excuſato, etiam dato qđ clauſula ſit appoſita,eſt ipſo iure null⁹ duplici defectu.

9 Defectus erga formam ab homine datam vitiat ipſo iure actū, ſeu proceſſum:⁊ hoc quando forma eſt ponderata,⁊ ſtudioſa.

10 Ad condelegatorum poteſtatem purificandam,⁊ ſolidandam clauſula impotentie comprehendit in ſe clauſulā ſimplicis non voluntatis.

11 Clauſula qđ duo poſſint procedere,ſi tertius nō poſſit:duo poſſunt procedere,ſi tertius nō velit,lʒ poſſit:⁊ q̄ clauſula impotētie non comprehendit in ſe clauſulam ſimplicis nō voluntatis.

12 Statuta in pluribus extenduntur ad pauciores,in quibus cadit eadem iuris ratio.

13 Iuriſdictio attributa pluribus delegatis ſine clauſula,dato qđ habitus iuriſdictionis ſit penes ſingulos.q2 indiuidua non poteſt eſſe vt vnica,⁊ tota penes omnes,q2 neceſſario numero ſcinderetur propter perſonarum pluralitatem.
Exercitium tamen eſt vt vnicum indiuidue penes omnes,⁊ ita penes omnes quod non penes ſingulos.

14 Citatus a duobus condelegatis tertio nō excuſato,an arcetur ad comparendum:vbi qui ſe exceptionibus tueri poteſt,non arctatur comparere.nu.23.

15 Ordinarij vbi ſunt plures deputati an poſſit vnus ſine alio procedere.

16 Delegatis pluribus ſimul in certa cauſa qualiter iuriſdictio penes eos conſiſtat,vel que ſit eorum poteſtas.⁊ an poſſit vnus ſine altero procedere in dicta cauſa.

17 Delegatis tribus proceſſus duorum tertio non impedito tamē nondum excuſato an valeat.

18 Delegatis tribus an proceſſus duorū,tertio vere impedito,ſed nondum excuſato,an aliquo caſu valeat.

19 Delegatis tribus an proceſſus duorum valeat tertio abſente,⁊ eo non excuſato,partibus expreſſe contradicentibus.

20 Delegatis tribus an proceſſus duorum valeat,tertio abſente, partibus expreſſe conſentientibus in eos.

21 Delegatis tribus proceſſus duorum tertio abſente,⁊ ex poſt facto per eum ratificato an valeat.

22 Quid de proceſſu plurium delegatorum aliquibus abſentibus ſpecialiter quo ad actum citandi,ex quo apparebit quomodo prime queſtioni reſpondeatur.

24 In delegato qualis ſit modus excuſandi.

25 Nuntius qualis eſſe debeat,⁊ cui debeat fides fieri,quod ſit certus nuntius.

26 Nuntio,vel excuſatori,an ſine literis credatur,⁊ qualiter poſſit probari quod non ſit nuntius.

27 Impedimentum quomodo poſſit aliter probari,q̄ per nuntiū.

28 Arbitros plures habere quare non liceat,iudices vero ſic ſi cōpromittatur in duos,quare iudex compellit ad tertiū eligendū.

29 Clauſula quod ſi non omnes poteritis,⁊c.ſub impotentia includit voluntatem.

30 Non poſſe dicitur qui non vult.

31 Delegatus,qui ſine cauſa non exequitur delegationem,eſt grauiſſime arguendus.6.7.

32 Contemnens,⁊ ſubterfugiens,in quo equiparentur.

33 Poteſt,verbum includit voluntatem.

34 Impeditus cauſa rei familiaris dicitur aliquis iuſte,quādo periculum graue in ea verſatur.

35 Delegatus negligens exequi commiſſionem quo caſu poſſit puniri,⁊ non argui,⁊ a quo.

36 Abſoluere an,⁊ quando poſſit indiſtincte actorem excommunicatum delegatus,coram quo reus obijcit actori impetranti de excommunicatione vt ab agendo repellatur.
Excommunicatus quo caſu poſſit,vel non,in ſubſidium abſolui.⁊.ſ.§.in verbo.nume.31.

37 Excommunicatio repellit quem ab agendo,⁊ cautela eſt vt opponatur actori hac forma,ſcʒ quod in iudicio ſtare non poteſt, quia excommunicatus.26.

38 Exceptiones dilatorie ſtatim,⁊ ſummarie ſunt probāde:vt ſi altiorem indaginem exigant,repellantur:⁊ que ſit practica procedēdi in talibus.

39 Sentētia ſuper dilatorijs exceptionibus quō debeat pnūtiari.

40 Conſtare legitime iudici quid dicatur.

41 Delegati iuriſdictio quo caſu ſe extendat ad alium caſum quaʒ commiſſum.

42 Iuramentum quando dicatur eſſe de forma abſolutionis.

43 Delegatus partes etiam propter aliam cauſam ſeparatam a cōmiſſa excōicatos abſoluit in ſubſidiū negligentia excōicatoris.

44 Delegatus etiam ad preparationem cauſe ſibi cōmiſſe non abſoluit in caſibus pape reſeruatis.

45 Delegati iuriſdictio extenditur non ſolum ad principaliter cōmiſſa,ſed ad omnia incidentia,ſine quibus cauſa non poteſt aliter expediri etiam acceſſorie.

46 Abſoluto excommunicato propter aliam cauſam delegatus lʒ abſoluerit,non poteſt de principali cauſa,propter quā extitit excōicatus,abſoluere,ſed ad excommunicatorem eſt remittendus.

47 Literis impetratis ab actore excommunicato an reus poſſit illis vti inuito impetrante,etiam ſi ſint impetrate de conſenſu cōi excommunicati,⁊ non excōicati.nu.ſeq.⁊ an valeant.nu.27.

48 Reſcripto impetrato ab excōmunicato de conſenſu alterius nō excommunicati an valeat,vt eo poſſit vti aduerſarius.nu.27.

49 Preſcribi an poſſit aduerſus excommunicatum,⁊ an excōmunicatus preſcribat aduerſus non excommunicatum.

50 Ad probandum termino dato reo,⁊ actori ſi reus excipiat de excommunicatione contra actorem lapſo termino,an currat tēpus vt non audiatur excipiens,etiā ſi dicat opponens poſt terminum ſe perdidiſſe atteſtatiōes,⁊ an procedat in cauſa appellationis.nu.ſeq.

51 Excōicatus non repellitur ab agendo,vbi petit abſolui.

52 Excōicatus vt repellatur ab agendo an ſufficiat probare denūtiationem,vel an ſufficiat fama cōſtare de excommunicatione.

53 Confeſſio quando probat.

54 Abſolui an poſſit occultus hereticus per delegatum,vt non repellatur ab agendo.

55 Delegatus qđ poſſit abſoluere excommunicatos tenore.c.prudentiam.in quibus procedat.

56 Abſoluere quod non poſſit delegatus de latere excommunicatos a delegato pape.

57 Abſoluere an poſſit excōicatos delegatus inferioris,quos ordinarius poſſet.

58 Abſoluere nō pōt delegat⁹ archidiaconi ſubditos ſuffraganei.

59 Abſoluere pōt delegatus inferioris excōicatos a delegato epi.

60 Abſoluere an poſſit epus excommunicatum ab alio epiſcopo,illo negligente,ſicut poteſt delegatus pape.

61 Delegatus ſi eſt functus officio ſuo,ad quem remittitur,cui alij delegati poſt abſoluent excommunicatum per delegatum iam

functum, vel eu mortuo.
62 Delegati ad abſoluendum malitia qualiter probetur.
63 Abſoluere an poſſit delegatus inferioris excõmunicatos a ſen-
tentijs latis a delegatis eiuſdem inferioris.
64 Iuramenti per excommunicatum preſtandi forma qualis eſſe
debeat, vbi abſoluitur per delegatum. 65.
66 Conteſtatio litis ſurgit confitendo, vel negando.
67 Litis conteſtatio an ſit neceſſaria ſuper exceptionibus.
68 Iurari an debeat de calumnia ſuper exceptionibus propoſitis.
69 Libellus an ſit offerendus ſuper exceptionibus.
70 Reſcriptum ab excõicato impetratum an indiſtincte valeat.
71 Abſoluere quare nequeant delegati excommunicatum, etiã in
ſubſidium. nu. 31.
72 Remiſſiones, que fiunt de vno iudice ad aliũ, an dicantur fie
ri ex vrbanitate, vel neceſſitate.
73 Abſolutio facta ante remiſſionẽ non valet propter iuriſdictio-
nis defectum.
Iuriſdictiõis in limitate forma eſt ſeruanda.
74 Delegatus non poteſt indiſtincte excommunicatũ in ſubſidiũ
abſoluere. ⁊ nu. ſeq.
75 Reſcriptum an poſſit ad alios iudices impetrari, iudicio durã
te corã vno iudice, vt delegatus virtute reſcripti poſſit in eo co-
gnoſcere.

1 PRudentiã. ¶ † Si cauſa cõmittitur tri-
bus delegatis cũ clauſula, qđ
ſi nõ omnes, priuſq̃ appareat de impotẽtia, vel non
voluntate tertij, duo procedere non poſſunt: ⁊ nihil
agitur ſi ꝓcedant, ⁊ expreſſa clauſula impotẽtie purificatur po-
teſtas duorũ, tertio nolẽte intereſſe, dato qđ non ſit impeditus.
vltimo anno. hoc addidit. Idẽ in duobus datis cum clauſula.
qđ ſi ambo. h. d. vſqꝫ ad. §. ſexta. prima format duas queſtiones.
ſcđa: ibi in hoc caſu reſpondet. tertia ibi: illa. reſpõſionẽ extẽdit,
ſeu rationẽ aſſignat. quarta ibi: addicimus. incidẽs dubiũ ſoluit.
quinta ꝓrogat ad caſuz ſimilẽ. ibi: ideoqꝫ. ¶ Caſus. Cõſuluit q
dã apoſtolicã ſedẽ: Pater ſancte, cõtigit aliquando a ſede veſtra
ſanctiſſima. ſ. cauſam committi tribus cũ clauſula. qđ ſi omnes
intereſſe nequiuerint, duo nihilo minus cauſam exequant̃: reus
fuit cõuocatus a duobus: dubitat̃ a teneat̃ cõparere: ſcđo an
ſi citatus cõparuit tertio nõ veniẽte, vel nullaten⁹ ſe excuſante,
anaquid omnino poſſint ꝑſentes ad cauſe cognitionẽ, ⁊ deciſio
nez procedere. Papa rñdet vltime queſtioni ex qua tacite infer-
tur ſol. prime: ⁊ ſol. eſt, ex quo ſunt tres delegati cũ clauſula, duo
ex ipſis procedere non poſſunt, tertio ſe nõ excuſante per nũtiũ,
aut per lr̃as, vel alias canonice nõ cõſtet cũ intereſſe nõ poſſe: ⁊
ſi proceſſeriat, nullus eſt ꝓceſſus. ⁊ ex hoc apparet reſponſio ad
primã: q: dato qđ citatus cõpareat, ꝓceſſus habitus nõ valet
nec arctatur citatus ad cõparendũ, ex quo cõſtat, duos iuriſdi-
ctionẽ non habere, ⁊ eorum proceſſuz nõ valere. Aſſignat papa
rationẽ: q: forma data in reſcripto, vbi ſtudioſa eſt, ad vnguẽ ſer
uanda eſt: alias id, qđ fit, eſt nullũ: ſed forma in reſcripto data
fuit hec, ꝙ tres cognoſcerẽt: ⁊ ſtudioſa eſt, q: libentius papa cõ-
mittit cauſaz pluribus, q̃ paucioribus. ⁊ rõ rationis, q: integriũ
eſt iudicium, ⁊ magis firmũ illud, qđ plurimorũ ſentẽtie cõpro-
bat. cõcludit ergo ꝙ factũ cõtra illã formã eſt inualidũ. ¶ Sz
inſtat, paſtat ſanctiſſime, quid ſi cauſa eſt cõmiſſa tribus, cũ iſta
clauſula. qđ ſi nõ omnes: nũquid tertio nolẽte intereſſe alter nõ
impedito, duorũ poteſtas cõſolidetur, ita poſſint in cauſa ꝓce-
dere. Papa reſpõdet qđ ſic, licet hoc ſit verũ, qđ ille, qui nõ vult
intereſſe, quaſi inobediẽs circa mãdatũ pape, ex quo nõ eſt aliter
impeditus, valde ſit redarguẽdus, ⁊ puniẽdus. hec oĩa extendit
papa ad caſuz, qñ duo ſunt tm̃ delegati cũ clauſula, qđ ſi nõ om
nes: vt citatus ad inſtãtiã vnius cõparere nõ teneat̃, ⁊ proceſſus
habit⁹ p duos ſit nulli⁹: ⁊ altero ſimplici nõ volũtate nolẽte inter
eſſe, alter nihilo minus poſſit procedere, dato qđ nõ impeditus
ſit redarguendus, pro eo qđ mandatũ apoſtolice ſedis cõtẽpſe-
rit. h. d. Hic habemus tres partes. In prima queſtio, ⁊ ſo. dua-
rũ queſtionũ. Secundo adductum nouum dubium, ⁊ ſolutum:
⁊ in tertio omnium ſupra dictorum extenſio. Procedam notã-
do, ⁊ declarãdo per partes. In prima habemus thema cum du
plici queſtione. In ſecũda nos habemus ſolutionem vltime, ex
2 qua concluditur ſolu. prime. in tertia habemus rationẽ. ¶ † No.
primo qđ intellectus hominis dicitur informari ex declaratio
ne iuris: q: propria forma intellectus eſt intelligere: habet ergo
3 formam ex intelligere, vel declarari. ¶ † Nota ſecundo quod ap-
pellatione proceſſus cauſe non comprehenditur ſententia: ⁊ ſic
videtur quod ſententia non ſit de proceſſu. ad hoc de ferijs. c. vlti.
4 ¶ † An iuriſdictio ſit de actis. j. c. cõſuluit. Inn. ¶ † Not. tertio
5 quod delegatus abſentiam poteſt excuſare per nuntium tantuz,
etiam literatorie non deſtinatum, vbi nũtius eſt certus: ⁊ ſic ha
bes caſum, in quo vni tantum creditur, ſed in multum preiudi-
cialibus, in quo nũtio creditur ⁊ fides adhibetur: de quo de ap.
6 c. cum parati. † Et no. qđ abſentia alterius condelegati ad puri-
ficandam, ſeu ſolidandam poteſtatem alterius condelegatoruz,
poteſt tripliciter probari, per nuntium literatorie deſtinatũ per
literas, vel per alias probatiões, etiaz ſi non habeat inſignẽ ad
7 deſtinationem impediti. ¶ † Nota quarto quod pluribus dele
gatis cum clauſula, duo non poſſint procedere tertio abſente: ⁊
ſi procedat, non valet proceſſus, tertio non excuſato, vel eis de
excuſatione tertij, vel impedimento non conſtito. ⁊ ſic patet qđ
licet iuriſdictio ſit penes quemlibet delegatorum in ſolidũ quo
ad habitum, quãtum tamen ad exercitium eſt ita penes omnes,
quod penes nullum, anteq̃ detur purificatio poteſtatis ex alte-
rius impedimento per clauſulam. Ex quo apparet quod etiam
data purificatione poteſtatis duorum tertio impedito, non va-
let eorum proceſſus, niſi eis conſtet de purificatione poteſtatis
duoruz. exigitur ergo poteſtatem purificatam eſſe, ⁊ eis de puri-
8 ficatione poteſtatis conſtare. ¶ † No. quinto quod proceſſus ha
bitus per duos, tertio nondum excuſato, etiam dato qđ clauſu-
la ſit appoſita, eſt ipſo iure nullus: ⁊ hoc ex duplici defectu. pri-
mo ex defectu poteſtatis exercitij. ſecũdo ex defectu forme date
in reſcripto: ⁊ vterqꝫ de per ſe eſt potens ad annullandũ ipſo iu-
9 re. † No. ſexto qđ defectus erga formam datã ab homine vitiat
ipſo iure: ⁊ hoc quando eſt forma põderata, ⁊ ſtudioſa, vt dicit
hic Inn. ⁊ no. quod forma dicitur ponderata, quando papa in
proceſſu eligit duos procedere vel plures: ⁊ facilius dicitur ſtu-
dioſa ex duobus, q̃ ex vno, q: integrius cenſetur iudicium plu-
10 rimorum, in ver. addicimus. ¶ † No. qđ q̃tum ad purificandã,
⁊ ſolidandam poteſtatem condelegatorum, clauſula impotẽtie
11 cõprehendit in ſe clauſulã ſimplicis nõ voluntatis. ¶ † No. quã
tum ad excuſandum intereſſe nolentẽ, vt vbi data eſt ptãs duo-
bus procedendi, ſi tertius nõ poſſit, duo poſſint procedere, ſi ter
tius non velit, licet poſſit: q̃tum autem ad excuſandum nolentẽ
intereſſe ab obedientia, clauſula impotentie non comprehendit
in ſe clauſulam non voluntatis: vt hic, ⁊ ſ. de reſcriptis. c. ſtatu-
12 tũ. ¶ † No. qđ ſtatuta in pluribus extẽduntur ad pauciores, in
quibus cadit eadem ratio eõ. i. qđ iuris eſt in pluribus quo ad
13 plures, idem quo ad pauciores, vbi eadẽ eſt ratio. ¶ † Premit-
to qđ quandoqꝫ iuriſdictio attribuitur pluribus delegatis ſine
clã: ⁊ dato qđ habitus iuriſdictionis ſit penes ſingulos, q: indi
uidua eſt, nec põt eſſe vt vnica, ⁊ tota penes omnes: q: ſic neceſſa
rio numero ſcinderetur propter pluralitatem perſonarũ. Exer-
citiuz tamen eſt vt vnicum indiuiduũ penes omnes, ⁊ ita penes
omnes, quod nõ penes ſingulos. ¶ Secundo premitto qđ iuriſ
dictio quãqꝫ pluribus cõmittitur cũ clã ſolidante iuriſdictionis
exercitium penes aliquos caſualiter ex impedimento alterius,
vt quando apponitur clauſula, qđ ſi nõ oẽs. Et hic quãqꝫ appo-
nitur clauſula ſolidãte exercitiũ propter impotentiaz alterius,
vel aliorũ: quandoqꝫ propter ſimplicem voluntatẽ. eſt tñ veruz,
qđ ſi eſt appoſita clauſula impotẽtie, illa ſolidat poteſtatẽ etiã
ex ſimplici non voluntate, ſed non ſic excuſatur nõ intereſſens a
contemptu mãdati, vbi alias excuſaretur, ſi eſſet clauſula ſimpli
cis nõ volũtatis. de hoc de reſcriptis. ſciſcitatus. ⁊ hic eſt caſus.
¶ Tertio, quod vbi iudex nullã habet iuriſdictionẽ, ⁊ hoc con
ſtat, non arctatur citatus ad comparendũ: q: propter ſolum du
biũ iuriſdictionis arctatur ad cõparendum allegaturus priuile
gium. ad hoc de reſcriptis. c. ſuper literis. de accuſat. veniens. cũ
glo. ff. de iudi. l. ſi quis ex aliena. l. ij. ff. ſi quis in ius vo. non ie. ad
hoc e. paſtoralis. de re iud. de fo. compe. Romana. li. vi. ad hoc
ſ. c. cũ cauſa. ¶ Quarto qđ datis tribus delegatis cũ clauſula pe-
nes duos, etiã tertio nõ excuſato, eſt iuriſdictio ſolida habitu,
ſed exercitiũ eſt ligatũ ex ſolo euentu cõditionis, ſi alter nõ pote
rit, vel noluerit intereſſe: ⁊ ſic apparet qđ cõditio nõ venit ad ſuſ
pendendũ habitum, ſed actum, vel exercitium: ⁊ ſic videtur qđ
valeat qđ agitur dato habitu, niſi veniamus ad conflictum ex-
14 ceptionis. ¶ † His expeditis, deſcendo ad materiam: ⁊ q: hic
agitur de poteſtate iudicuz delegatorũ, Primo apponitur pro
declaratione fundamẽti, qđ papa non ſatiſfaciat ad queſita: q:
interrogatus de duabus queſtionibus, reſpondet niſi vni: ⁊ ſic
dimittit nos in incerto, cõtra id, quod ꝓteſtatur in gregoriana.
Sl. prima quaſi fatendo qđ hic ſint duo queſita: primũ an ſit ci-
tatus a duobus, tertio nõ excuſato, arctetur ad cõparendũ: ſecũ
dũ an illi duo poſſint procedere. dicit qđ vltimo reſpõdetur, ſed
per hoc nõ reſpõdetur ad primũ: propter qđ aſſumit examina-
tionẽ huius pũcti, an citatus a duobus arctetur ad cõparẽdũ.
⁊ arguit ad partes. ¶ Prio ſic: duo, tertio nõ excuſato, nõ poſ-
ſunt aliquid agere, quando non habeant ſolidaz poteſtatem: ergo
nec citare. ij. q. vi. diffinitiua. §. itẽ ſi plures. ſ. c. cauſam. igitur ci-
tatus non arctatur ad cõparẽdũ. ad hoc. ff. de re iudica. l. duo
ex tribus. ¶ Secundo vero non arctatur ad cõparendũ, qui ſe
exempti tueri poteſt, quia non eſt in mora non comparendo. l. le
cta. ff.

cta.ff.ſi cer.pe.ff.de vſuris.l.ſciendũ.cum ſi.Igitur cũ hic poſſit opponere cõtra proceſſum duorũ non arctatur ad cõparendũ. ¶ In contrarium arguitur, qd arctetur iuriſdictio, eſt quid indiuiduũ: ergo penes quelibet inſolidum eſt iuriſdictio: & ſic quilibet poteſt citare.xxxiij.q.j.loquitur.de iure pa.c.j. Secũdo arguendo de ordinaria ad delegatam, ſi ſunt duo conſules ordinarij, alter ſine altero põt citare & procedere: vt.l.j.§.ff.de officio cõſu.agitur, &c. Tertio, citatus tenetur venire allegaturus priuilegiũ.propter ſolũ dubium iuriſdictionis.ff.de iudi.l.ſi quis ex alienis. Quarto, ſi dãtur duo tutores, vnus ſibi alteris põt.C.de auc.tu.l.vlti.§.ſancimus. Quinto, ſi dantur plures exercitores, vnus ſine altero põt negotiũ expedire.l.j.§.ſi plures.ff.de exerc. Sexto, ſi duo dant executores, vnus ſine altero põt dare libertatẽ ſeruo.ff.de fideicõmiſ.liber.l.ſi legatario.§.j.ergo pro vtraq parte fuerit hec decere, prout rñdet ad ſecundũ queſitũ. ¶ Concludit gl.dando doctrinã qd ſi ſunt plures ordinarij, duo poſſunt ſine altero procedere, & citare: vt dicta l.j.ff.de offi.cõſu.& tunc citatus arctatur cõparere, ſi ſunt duo delegati, alter ſine altero nõ poteſt procedere, nec citare. Ratio, qꝛ primi habent ſolidã iuriſdictionẽ diſtributiue penes quẽlibet, & etiã ſolidum exercitiũ: ſed delegati, vel arbitri lꝫ habeãt ſolidã iuriſdictionẽ quo ad habitum nõ habent ſolidatũ exercitiũ, donec ex clauſulis ad alterũ ſit poteſtas purificata. dat ſimile in forantibus trabem: qꝛ quo ad penã, & ſic quo ad habitũ pene, perinde eſt, ac ſi omnes ſolide foraſſent, quo ad exercitium delicti omnes forari nõ poſſunt ff.ad.l.aqui.l.vulneratus.in fi. ita duo delegati habent ſolidam iuriſdictionẽ vnus ſine altero, ſed non habent exercitiũ: ex quibus dicit qd citatus nõ arctatur ad veniendũ: qꝛ ex quo duo nõ poſſunt procedere, non arctatur citatus ad cõparendũ. ¶ Hic ſunt plura videnda. primũ. quid de proceſſu pluriũ ordinariorũ, vno abſq alio procedẽte. Secundo, quid de poteſtate plurium delegatorũ. Tertio, quid de proceſſu pluriũ delegatorũ, aliquibus obſentibus, & ex poſtfacto ratificantibus. Quarto quid de pceſſu pluriũ delegatorũ, aliquibus abſentibus ſpecialiter quo ad actũ citandi, ex quo apparebit quomodo prime queſtioni re-

re antēꝙ procedant: q2 poſſet eſſe qđ vult, ⁊ poteſt intereſſe, ſed
nō ſtat per eū, ſed per partes, que ipſum deducere debēt ſuis ex-
pēſis: cū ſuis expēſis nō teneatur venire. de vi. ⁊ ho. cle. cū ab om
ni. ad hoc, q2 ſi mulier ſciat accuſationis libellū porrectū, recte
tñ nubit, cum ei nō eſt denūciatū. ff. de adulterijs. l. denuntiaſſe.
in gl. ibi: licet ſciat. certe ⁊ ſcirent, poſſent procedere, dū tamē poſ
ſent probari: q2 hec denūciatio nō requiritur, niſi ꝑpter ſinē ſciē
di. Itē nō ſequeretur. nō intereſt, ergo nō intereſt q2 nō vult. vel
non poteſt: q2 poteſt eſſe qđ vult intereſſe, ſed nō permittitur, vel
neſcit diē, quo illi cōgregari debēt, vel forte oblitus eſt diem. ſed
illud parū valet: q2 ⁊ ita poſſet dici de tertia, vel centeſima cita-
tione. vnde cōiter ſeruatur hodie hec adiectio, quando eſt cita-
tus, ⁊ nō venit. facit qđ no. ſ. c. pxi. ⁊ eſt ſimile qđ dicitur de elec.
qđ ſicut. ⁊ c. eccleſia licet dicāt aliqui aliud in electione, ꝑpter pe
riculū more: que ratio hic ceſſat. ¶ Itē quādoqꝫ in vno loco re-
manere pōt electio: vt not. de poſtu. grati. qđ hic eſſe nō poſſet.
¶ Ratio gl. de expenſis nō placet Hoſt. q2 per eam ſequitur qđ
niſi primo ei ſatiſfaciat de expenſis, qđ venire non teneretur: ſic
nec pape obediret: nā ⁊ ſi eas petere poſſit, adhuc nō eſt locus pe
titioni, cū ſint incerte: ſed eis factis, ex quo ad locū venerit, per
pignora vel alio modo ſibi poterunt prouidere ſecundū Hoſti.
¶ Venio ad ver. ſed illa quippe. vbi gl. oppo. qđ hec verba ſint
impertinēter poſita. q2 nihil concludunt ad precedentia. Sol. di-
cit qđ eſt quedā interpoſitio. vel dic qđ hic ponitur ratio dicti.
qđ declara. vt in caſu, q2 pape oſtendit ex intentione mādantis,
qđ duo nō poſſunt procedere ſine tertio: deinde hoc extendit ex
verbis, ⁊ forma mādati: ⁊ illa verba, illa quippe: cōpetētius po
28 nerentur poſt illa mandati, ſi quid, ⁊c. ¶ † Opp. cū alia glo. qđ
melius ſit cōpromittere, vel habere vnū iudicē, ꝙ plures: vt pa-
tet. ff. de arbitris. l. itē ſi vnus. §. principaliter. ſ. de arbitris. ino
tuit. Sol. dicit gl. qđ quo ad iudices, melius eſt habere plures:
quo ad arbitros, melius eſt habere vnum, propter naturalē ho
minum diſſenſionē. ſi tamē cōpromittatur in duos, tenet cōpro-
miſſum, ⁊ debet iudex eos cōpellere ad eligendū tertium: vt di-
cto. §. pncipaliter. ⁊ ſ. c. ſuſpicionis. ¶ Aſſignat Ho. rōnē inter
arbitros, ⁊ q2 cōiter arbitri accipiūt amici partiū. ⁊ ſic pni ſunt
ad diſſenſū. ⁊ aliqñ ſunt ignorātes, ſȝ iudices prudētes ⁊ apti
ad cōſentiēdū iuri. pluſꝙ arbitri: ⁊ meli⁹ plures vidēt, ꝙ vnus.
29 **Addicimus.** ¶ † Clauſula, qđ ſi nō oēs poteri-
tis: ſub impotētia includit volūtatē
30 h. n. ¶ † Not. qđ non poſſe dicitur, qui nō vult. ¶ No. de verbo,
qđ nō denotat preciſam voluntatē, ſed cū quadam ſuſpenſione
31 deliberationis. ſ. §. ſexta. in prin. ibi: ſi re⁹ nō velit ſtatim. ¶ † No.
qđ delegatus, qui ſine cauſa nō exequit delegationē, eſt grauiſ-
32 ſime arguendus. ¶ † No. equiparari ſubterfugientem, ⁊ contē-
nentē quo ad hunc caſum: ex quo nota qđ alias nō per oīa ſunt
paria: nā plus peccat contēnens, ꝙ ſubterfugiens: ⁊ q2 plus ex-
33 preſſe ꝯdicere, vſqꝫ minime cōſentire. de bap. maiores. ¶ † Op.
qđ verbū, volueritis, ſit ſuperfluū, ex quo ſub verbo, poteritis, in-
cluditur voluntas. vñ ob. de reſcriptis. ca. ſciſcitatus. dic qđ hoc
34 corrigit illud. ¶ † Opp. qđ non ſolū arguēdus recuſans, ſed etiā
puniendus ſit: de reſcri. c. ſciſcitatus. Gl. ſtat cōtrario in prin. in
fine tamē dicit contrarium, qđ ſufficit redargutio: q2 nō agit de
35 de preiudicio partiū. ¶ † Quero quid ſi tertius nō poteſt inter-
eſſe, propter impedimētū rei familiaris, an ex hoc ſit excuſatus.
gl. dicit qđ ſic: q2 non tenetur negligere propria ff. de iudi. l. ſi lō-
gius. qđ intelligūt doc. qñ periculū propriorū eſt graue: de don.
c. ad apoſtolice. alias vix ceſſaret excuſatio, cū vix inueniat ali-
quis, q nō ſit circa ſingularia negotia aliquātulū occupat⁹, ſecū
36 dum Hoſt. † ſed an hic negligens poterit puniri. dicit gl. qđ ſic,
de reſcriptis. ca. ſciſcitatus. a quo autem poſſint puniri: dicit gl.
qđ coniudices non poſſunt: q2 par in parem, ⁊c. ꝫ. de elec. ca. in-
notuit. ordinarius non: q2 delegatus maior eſt eo, ꝙtum ad illā
cauſam. ꝫ. ca. ſane. Ideo papa erit ille, qui cum poteſt punire: ⁊
hoc faciet ad relationem coniudicum. vel forte ſatis erit punitus
redargutione, cū aliā non preiudicetur. dicit Hoſt. quod ordina
rius poterit eum ratione peccati redarguere: in ſumma, eo. titu.
§. quid ſit eius officium. ver. ſed per quem. Ioan. an. remittit de
reſcriptis. c. fi. ⁊ hec ſufficiant vſqꝫ ad. §. ſexta. qui ſequitur.
37 **Sexta.** ¶ † Si reus coram delegato citatus obijcit excō-
municationē actori, quē nō probat intra tēpus
debitū, auditur actor. Si vero probat, delegatus abſoluet acto-
rē, ſi excōicatus eſt propter cauſam ſibi cōmiſſam: ſi ꝑpter alia,
ſ. ꝙ ſibi cōmiſſa eſt. nec eſt de reſeruatis pape ad eū, ad quē ſpe-
ctat, remittet: qui ſi nō vult abſoluere, delegatus abſoluet, ⁊ ab-
ſolutus ſuper eo, de quo erat excōicatus, excōmunicatori pare-
bit excōicatus: qui ſi malitiā adhibet delegat⁹ de cā cognoſce.
h. d. Primo ponitur qđ, que ſoluitur ibi: hanc dubitationē. Se
cūdo ponitur ſcđa incidēs qđ, quā ſoluit ibi: quo caſu. ⁊ qđ ibi:
38 ſi vero. ¶ † Not. primo qđ excōicatio quē repellit ab agendo.
Et no. practicā opponendi excōicationē cōtra actorē: vi. ſ. op-
pono qđ nō pōt ſtare in iudicio, q2 eſt excōicatus. ad hoc de in-
39 di. c. intelleximus. ¶ † No. ſecūdo qđ exceptio dilatoria ſtatim,
⁊ ſic ſummarie eſt probāda: ⁊ ſi altiorē exigat indaginē, repellit,
⁊ actor interim agere permittere, ⁊ ſic tēporaliter repellitur. Et
no. practicā procedēdi in talibus dilatorijs cōtra perſonā par-
tis: q2 opponēti vel incōtinēti ſe non offert probaturū, ſtatui dȝ
terminus ad probādū. poſtea nō audit. ad hoc hodie dic vt de
40 excep. pia. libro. vi. ad hoc de excep. paſtoralis. ¶ † Nota tertio
practicam pronuntiandi ſuper dilatorijs contra excipiētem: q2
dȝ pnuntiari nō obſtantibus exceptionibus ad vlteriora pcedē
41 dū, ⁊ actorē abſqꝫ offendiculo ad agendum admitti. ¶ † Nota
quarto qđ id dicitur cōſtare iudici. qđ ꝯſtat legitima pbatio-
42 ne, vel cōfeſſione. vide. ꝫ. cap. cōſultationib⁹. ¶ † No. quinto ca-
ſum, in quo delegati iuriſdictio ſe extēdit ad aliud ꝙ cōmiſſū,
vt poſſit abſoluere perſonas in iudicio litigantes ꝑpter excōi-
cationē ad litigandū inhabiles: ⁊ hec vera. quādo excōmunica-
tio eſt cōnexa cauſe, de qua in iudicio contēditur, q2 ab ea occa-
ſionata: vbi autē illi nō annectitur, q2 propter aliā ſeparatā cām
promulgata, dȝ ad excōicatorē tunc remitti, ſiue excōicator tunc
fuerit ordinarius, ſiue delegatus. ⁊ ſic apparet qđ delegatus ex-
cōicās pōt quādocunqꝫ abſoluere. de quo. ſ. c. querēti. ⁊ qđ a ſen
tentia lata per delegatū non abſoluit ordinarius, nec alius pa-
43 pe delegatus, niſi expreſſe, vel tacite ſit cōmiſſa. ¶ † Nota ſexto
argumentū qđ iuramentum eſt de forma abſolutionis. de quo
44 de ſen. excom. cū deſideres. ¶ † Not. ſeptimo qđ delegatus pa-
tas etiā ꝑpter aliā cauſam ſeparatā a cōmiſſa excōicatos abſol
45 uit in ſubſidiū negligentie excōmunicatoris. ¶ † No. octauo qđ
delegatus etiā ad preparationē cauſe a papa ſibi cōmiſſe nō ab
46 ſoluit in caſibus pape reſeruatis. ¶ † Not. regulam qđ delegati
ptās extēditur nō ſolū ad principaliter cōmiſſa, ſȝ ad omnia in-
cidētia, ſine quibus cā nō pōt aliter expediri, etiam acceſſoria.
47 ¶ † No. ex ver. ſi vero. pzlo qđ abſoluto excōicato ꝑpter aliā
cauſam, delegatus lȝ abſoluerit, nō pōt de principali cā, ꝑpter
quā extitit excōicatus, abſoluere, ſȝ ad excōicatorē eſt remitten-
dus, vt de eā cognoſcat. Fallit in duobus caſibus. Primus, qñ
cā principalis foret expreſſe delegato cōmiſſa. Secūdus, qñ ne-
gligens eſt excōicator in cognoſcendo: q2 tūc rōne acceſſorieta-
48 tis cognoſcet de illa. ¶ † Veniamus ad declarationē materie
huius partis capituli: ⁊ quero primo an litteris impetratis ab
excōicato aduerſarius vti poſſit inuito excōicato. quidā qđ ſic,
q2 cōes. ad hoc reſti. ſpo. c. ex cōqueſtione. ⁊ qđ ibi not. Secūdo,
q2 pena excōicationis nō dȝ afferre premiū. de ſen. excō. c. ſi vero.
hec tȝ hic Inn. dic nō excōicatū vti nō poſſe, q2 nulla. ⁊ pena nō
affert premiū, niſi afferat ex neceſſaria cōſequētia pene: vt no. ff.
de neg. ge. l. ſiue hereditaria. ad hoc facit qđ no. Io. an. in. c. j. de re
ſcriptis. li. vi. in gl. ordinaria. ꝫ. iſt dictū Ion. pōt intelligi, qñ lit-
tere impetrate ꝑ excōicatū ſunt nulle: ſecus ſi ſunt nulle: vt no.
49 in. d. c. j. Scđo quid ſi impetrate ſunt de cōſenſu cōi excōicati, ⁊
⁊ nō excōicati. quidā qđ valēt ad ꝑfectū nō excōicati, ſicut in te
ſtō, quo relinquitur capaci, ⁊ nō capaci. alij qđ valēt lȝ excōica-
to poſſit obijci, ⁊c. ⁊ de excep. pia. li. vi. ⁊ ai litē. ⁊ poſt. Io. an. re-
mittit ad regulā, vtile per inutile. de reg. iur. li. vj. ibi. Io. an. con
cludit in caſibus, in quibus pōt impetrare excōicatus, de quib⁹
de reſcriptis. c. j. li. vj. Caſus nō hȝ dubiū in caſibus, in quibus
nō pōt: ſed ſi duo ſunt excōicati, ⁊ nō excōicati cōtra tertiū im-
petrātes, ſi ius agēdi eſt diuiſibile per partes, q2 ſunt plures he-
redes, vel diuiſibiles numero, q2 cuilibet cōpetit ius agēdi in ſo
ldū: ⁊ tūc nō vȝ ꝙtum ad impetratū, excōmunicatum, ſic quo ad
aliū. ff. de leg. ij. l. ſi titio, ⁊ meuio. Si ius agēdi eſt indiuiduū ex
parte agētiū, vt q2 ſunt plures heredes agere debētes pro ſerui-
tute, vel iure pa. tūc reſcriptū nō vȝ, q2 vterqꝫ agit. Si vero vnus
eſt actor, alter reus, ſi excōmunicatus eſt actor, q2 principaliter
reſcriptū habet ortū ab actore, non valet reſcriptū: ſi eſt reus, vȝ
quo ad eū, ⁊ quo ad actorē agere volētē, ⁊ q2 vt reus pōt eſſe in
iudicio excommunicatus vȝ ⁊ quo ad eū. de excep. c. fi. ⁊ patet de
iudi. intelleximus. de reſcriptis. c. j. li. vj. ſic tamē quod non pote-
rit ex eo actorē reconuenire, vel agere, vel aliud, quod ad defen-
ſionem non ſpectet, facere antequā abſoluatur: de exce. cum te-
50 ter. ⁊ hoc de hoc pacto. ¶ † Tertio excōmunicatus, cōtra quē
preſcriptio currit, agit, ⁊ repellitur. an poſſet excōicatus repul-
ſus poſt tēpus preſcriptionis agere: hic ſunt opiniones. Pria.
poſſit.

poſſit.q2 ei,nō currit tēpus,cū agere nō poſſit,⁊ ſtat per iudicē,
vel partē.ad hoc de cōceſ.pręben.q2 diuerſitatē.Alij cōtra,quia
ſtat per eū.doc.remittūt de excep.ſignificauit.dic,ſi excōicatus
ſine culpa,⁊ per eū nō ſtat quo minus abſolutionē petat,nō cur
rit tēpus,ſi excōicatus eſt ex culpa,ſi per eū ſtat quo minus pe
tat abſolutionē,tunc currit tēpus:q2 qui poteſt facere vt poſſit,
⁊c.de reg.iur.is potēſt li.vi.de ele.c.ſi. ¶ Quarto,an excōmuni
catus pręſcribat ꝯ nō excōicatū.dic qd ſic:q2 pręſcriptio currit
cōtra negligētes.ſ.de pręſcri.vigilāti.imputet ſibi nō excōicatꝰ,
ſi non agit.cū excōicatus conueniri poſſit.de iudi.intelleximus
51 ¶ † Quinto dato termino actori ⁊ reo ad probandū,reus exci
pit excōicationē ꝯ actorē,lapſum eſt tēpus ad probādū,an cur
rat tēpꝰ ad pbādū.ita qd lapſo termino nō poſſit pducere reꝰ.
Quidā qd ſic,q2 agere poterat excōicatꝰ,⁊ acta valida ꝗtūcūq3
eſſet pbire excōicatꝰ.de exce.pia.li.vi.ſicut i iudicijs.ſ.de re iu
di.ad pbādū.imputādū ergo opponēti.qd tēperat Jan.hic de
proceſſu in detrimentū excōicati habito,⁊c.qd nō placet,p ca.
pia.de exce.lib.vi.qui tex.loquitur indiſtincte.tene qd nō pote
rit opponere poſt terminū:q2 non eſt puniēdus,ſi procurat vti
litatē proximi,⁊ bonū anime eius. ¶ Item hoc tene,q2 termi
nus eſt ſtatutus parti,vt producat,niſi ſit impeditus legitima
cauſa.⁊ hec eſt legitima cauſa,quare interim pducere non pote
rit.q2 excōicatus eſt repulſus eſt iuſta cauſa:vnde nō eſt,cū quo
pducatur. Sexto,excōicatus eſt actor,reus h3 teſtes,quos ad
eiꝰ defenſionē vult publicare,nō publicat intra terminū,an po
terit poſtea:tene qd non excōicato currit tēpus,⁊ ei imputatur
omne,qd facere omiſit,qd facere poterat excōicatiōe nō obſtā
te,ea excōicatione durāte:ideo cū vt reus potuerit,⁊c.vt lite cō
te.qm̄ ſ.in aliis.de teſt.ſignificauit. ¶ Opp.qd ex quo nō vult
pbare ipſum excōicatū,amplius audiri nō debeat.de pba.c.l3
cām.So.dicit.nō velit,nō nolit.qd denotat expreſſam cōtume
ciā:vt p3 ex no.de dolo.c.fin.q2 vult,ſ3 nō modo. ¶ Septimo,
quid ſi dicat opponens poſt terminū ſe perdidiſſe atteſtationes
teſtiū,quas produxit ante terminū,an admittat ad hoc pban
dum:quidā qd nō auditur,q2 ad hoc ſtatutus eſt terminus,vt
poſt terminū nō audiatur,maxime q2 non pręiudicatur in prin
cipali.ad hoc.ſ.c.cōſuluit.⁊c.Alij tenent ꝯtrā pro quibus facit.
ff.de edē.l.ſi quis ex argētarijs.ſ.fi.⁊.l.ſeq.quidā dicunt hoc ar
bitrariū.ad qd vide no.in.c.cū in iure.in vltima gl.verſ.vt dicit
Jan Hoſt.remittit de exce.pia.li.vi.ibi:ſimiliter ponitur opi.
⁊ de ſent.excō.ſolet.lib.vi.Gl.concludit qd ſi legitima ſubeſt cā,
audietur poſt terminū.quā cauſam bene arbitror arbitrio iudi
cis relinquendā:⁊ hoc tene vt in pdicta gl.no. ¶ Gl.not.con
. de excep.c.pia.lia.vi.ſuper verbo,octo dierum.prima opi.eſt cō
munis:vt no.doc.in.d.c.pia.⁊ dicto.c.ſolet.de ſentē.excō.lib.vi.
⁊ id tene,q2 nihil deperit aduerſario:⁊ ſi illud in tempore iuris,
fortius hoc in tēpore hominis,in quo durius agitur.ff.de arbi
52 trin.l.celſus. ¶ † Octauo,quid in cauſa appellatiōis:dic qd nō
eſt locus huic pbationi,de qua in tex.q2 auditur in cauſa appel
lationis excōicatus:per qd dicit reum neceſſario non abſoluē
dum cū poſſit etiā excōicatus eſſe in iudicio de iudi.c.intelleximus.
tex.videtur in contrariū in.c.per tuas.ſ.de ſen.excō.dic vt
ibi.⁊ de reſcri.c.ab excōicato.q2 non auditur non auditur niſi pe
53 tat abſolui:q2 contēnere videtur. ¶ † Nono an ad repellendū
excōicatū ſufficiat pbare denuntiationē.ad hoc de excep.pia.li.
vi.de ſen.excom.l3.c.li.tene ſm Ho.hic qd ſi conſtat de publica
nuntiatione,ſufficit,arg.ē.de poſtu.c.i.⁊ q2 ſolenniter,⁊c.de re
nun in pręſentia.Non obſtat qd debeat exprimi ſpecies,⁊c.vt in
c.pia.q2 ibi de occulto,hic de publico. Item de circunſtātijs po
poterit certificari:q2 ⁊ talem ex officio,⁊c.vt patet de exce.exce
ptionem.ibi tamē in.c.pia. Jo.and.videtur ſentire contrarium
¶ Decimo an ſufficit fama conſtare de excōicatione ad repel
lēdū,⁊c.tene.qd non de exce.pia.l3 fama in multis operetur,nō
vbi exigitur pbatio:ideo dicit pbandū per alias pbationes le
gitimas,vt litteras epi.de pba.poſt ceſſionē.dic ſm Abb.con
ſiderandū modum opponendi,ſi opponit famā ad pbandam
exceptionē non auditur:ſecus ſi opponat ipſum infamatū:ideo
non audiēdus,niſi purget alle.decre.cū deſideres.ſ.ſcd3.de ſen.
54 excom. ¶ † Vndecimo quando pbet confeſſio,⁊c.dic quādo eſt
facta ad partis interrogationē,idē,ſi ſponte a timente conſcien
55 tiam. ¶ † Duodecimo qd de occulto heretico,an ipſum abſol
uet delegatus.quidā quod ſic.xxiiij.q.iij.notandū.de hereticis.
ad abolēdā. Alij contra pro eo,q2 talis nō eſt,niſi ſolenniter,re
conciliandus.i.q.vij.ſi quis omnes.⁊.c.quoties.ſed qd ad man
datum delegati ordinarius abſoluet:vt dicta decre.ad abolen
dam.Ho.tamē dicit contrarium poſſe dici per.c.excōmunica
56 mus.el.ij.ſ.ſane clerici.de quo dic vt ibi no.in gl. ¶ † Decimo
tertio in quibus excōicatio pcedit decre.quos abſoluere poſſit
hic delegatꝰ:dic ſ3 Jnn.qd pcedit in excōicato a iure in caſibꝰ
a iure non reſeruatis:vt dicit litera in excōicatis a delegatis,
vel ordinario,ſi ſit notoriū ſententiā non tenere,vel iniuſtam,ipſi
delegati abſoluēt.de appella.ſolicitudinē.ſ.ſi vero.Si certū eſt,
ſententiā eſſe iuſtā,vel dubitet,ad excōicatorē remittitur,vt ſta
tim patet.Per qd dicit qd abſoluet etiā excōicatos a legato,cū
57 ſit maior eo.de off.leg.ſtuduiſti. ¶ † Decimo quarto an legatꝰ
de latere abſoluat excōicātos a delegato pape.nō,q2 maior eo.ꝯ.
eo.c.ſane,l3 quādoq3 reſeruatos pape abſoluat.de offi.leg.qd trāſla
tionē.q2 in his abſolutionibus in legato ſtricta,⁊c.de ſen.excō.
58 cū illorū.Abb. ¶ † Decimoquinto quid de delegato inferio
ris,an abſoluet eos,quos ordinarius poſſet,niſi reſeruaſſet ſibi
abſolutionē,⁊ ſic excōicatos ab inferioribus,nō ab epis cōuīci
59 nis,⁊c.de ma.⁊ obe.cū inferior.de pen.di.i.verbū. ¶ † Decimo
ſexto an abſoluat archi.deleg.ſubditos ſuffraganei.non,q2 non
h3,⁊c.vt in.c.paſtoralis.ſ.ti.j de quo de ſentē.excō.c.venerabili
60 bus.lib.vi. ¶ † Decimoſeptimo,an poſſit delegatus inferioris
abſoluere excōicatos a delegatis epi.dic qd ſic,ſm Jan.q2 ſicut
delegatꝰ pape,⁊c.abſoluit excōicatos a papa.ita ⁊ abſoluit ab
ordinario delegatus ordinarij:niſi ordinarius ibi reſeruauerit.
61 ¶ † Decimooctauo,an epus poſſet abſoluere excōicatū ab alio
epo,illo negligēte.tenēt quidā qd ſic,ſicut poteſt delegatus pa
pe illo negligēte.tene contra,ſm abb.q2 delegatus pape tenet:⁊
hoc facit iure acceſſorio:ſed nō eſt aliquid acceſſorie in perſona
62 epi,⁊c. ¶ † Decimonono an ſi delegatus eſt functus officio,ad
quē remittitur,an delegati abſoluēt.dic qd nō,q2 non habēt po
teſtatē:ſed tūc abſoluit papa.de off.ordina.paſtoralis.Jnn.di
cit qd mortuo delegato,cui alius nō ſuccedit,vel lapſo anno iſti
63 delegati dati etiā ad aliā cā3 abſoluunt. ¶ † Viceſimo qualiter
pbatur malitia.dic eo qd non abſoluit intra tēpus,⁊c.niſi ali
quid rationabile,⁊c.de reſcriptis.c.ab excōicato.⁊.c.ſi quando.
64 ¶ † Viceſimoprimo,an delegatus inferioris poſſit abſoluere
excōicatos a ſentētijs latis a delegato inferioris eiuſdē.dicunt
quidā qd nō,ar.de off.leg.ſtuduiſti.q2 ex quo alteri cōmiſſa fuit
cauſa,alter ſe non h3 intromittere.Alij cōtra,vt ſicut delegatus
pape abſoluit a ſentētijs delegatorū pape,ita inferioris.⁊ hoc
placet Jnn Hoſt.dicit in delegato pape eſſe ſpeciale propter ex
cellentiam delegatis.arg.de maio.⁊ obed.propter tuas.⁊ pro
pter locorū diſtantiam.de reſtitu.in integ.cum ex litteris,⁊ pro
65 pter mortis periculū.de ſentē.excō.ſacro. ¶ † Viceſimoſecūdo
quid ſi facta remiſſione ad ordinariū ordinarius renuit abſolue
re,pretēdens manifeſtā offenſā3.Dic qd delegati de hoc cogno
ſcēt,⁊ ipſum pbare volentē.ſ.viij.dies admittent:alias illū ab
ſoluēt.Caueat ergo pretēdēs quod veniat ſic paratus qd poſſit
hoc pbare,alias cōdēnabitur in expēſis.Et dicit Jan.ſic pce
dendū:⁊ ponit practicam.quam ſtatim ponā.recitat alios tene
re qd ſi excōicator opponat manifeſtam offenſam,l3 neget excō
municatus,de hoc nō cognoſcet delegatus:ſed habebit ſupſede
re donec abſoluatur,niſi eſſet notoriū qd falſum diceret excōmu
nicator:arg.de appel.ſolicitudinē.ſ.ſin vero.Et debet cauere ne
dubiū dicat notoriū,vel ecōuerſo.de reſcriptis,cū cōtingat. Jo.
an.neutrā approbat.precedēs mihi placet.ſcdm quam practica
erit pcedendi. Judex mandabit excōicatori vt abſoluat,ſi excōi
cator nihil opponit,⁊ paret,habebit obiētū.Si nihil opponit,
⁊ nō paret abſoluet:ſi opponit,⁊ nihil manifeſtū,adhuc abſol
uet:ſi opponit aliquid manifeſtum,aut opponit contumaciam
manifeſtā,pręcipiat vt abſoluat cū cautione.de verbo.ſigni.ex
parte,⁊.c.ſeq.ſi opponat de manifeſta offenſa,⁊ excōmunicatus
fatet,nō abſoluet,niſi ſatiſfaciat.Si negat excōmunicatꝰ pba
bit corā delegato,qui habet poteſtatē de hoc cognoſcēdi incidē
ter,⁊ ratiōe acceſſorij:ideo aliqui dicunt vocādū excōmunicato
rē,⁊ eū,p quo lata eſt ſententia,vt ſi velit aliquid opponere,poſ
ſit. ¶ Alij,⁊ hoc plus placet Jnno.q̄ nec excōicatorem,nec eū,
pquo eſt excōicatꝰ,vacabit,niſi forſan ad hoc vt videāt cautionē
ab excōmunicato pręſtādā.Ad hoc q̄ not.de teſtibus.in nomi
ne dnī.⁊ q̄ no.de appella.quā fronte.⁊ vt lit.nō cōteſta.quoniā.
66 ſ.in aliis. ¶ † Vigeſimotertio quero de forma iuramēti.dic vna
vt iuret ſtare mandato iudicis:alia vt iuret ſtare mādato eccleſie
quelibet eſt bona:⁊ idem ſenſus eſt facit q2 quandoq3 iurat ſtare
iuri.de verb.ſigni.ex parte.Vide q̄ not.q̄ metus cauſa.c.primo.
67 in quarta glo.de ſen.excō.c.ex tenore.in.ij.glo. ¶ † Vlterio ad
glo.quero cū glo.in verbo,donec.de ratiōe dubitādi dicit gl.q̄
hos mouit ad dubitandū,quia forte credebāt q̄ oppoſita excō
municationis exceptione contra actorem eodem inſtanti pcedi
deberet ſuper vtraq3:⁊ ſic dubitabāt ſuper ordine procedēdi:ſed
hic proceſſus inordinatus eſt a iure improbatus,q̄ eodē inſtan
ti ſuper exceptionibus ad proceſſum,⁊ principali negotio pceda
tur:quia repugnāt,⁊ cōtrariātur:⁊ pceſſus cū in vno negetur,
procedendū in alio.de iudicis.exhibita.Jdeo papa dat hic or
dinē,vt incōtinēti audiatur reꝰ,vel ſibi ſtatuat terminꝰ,poſt quē
ſi nō pbetur,nō audiatur,⁊ in principali procedat terminꝰ,poſt
quē ſi nō pbet,nō audiat,⁊ in principali pcedat,⁊ hoc primo.

¶ Uel ſecundo dic qđ forte dubitabāt ex quo legitima oppo-
nebať exceptio, ſemper differēda eſſet, donec pbaretur, ⁊ pceſ-
ſus differendus. ſed ratio decidēdi, qr tales exceptiones ſunt re-
ſutāde: qr opponūtur multotiēs ad proceſſus dilationē, contra
quas hʒ iudex prouidere terminū ſtatuēdo. de dolo. c. finē. ⁊ ptʒ
hic: qr tales exceptiones ſummarie ſunt expediēde, ne ppter eas
nimiū pceſſus dilateť, niſi requirerent altiorē indaginē, ⁊ lō-
gā morā. de reſti. ſpol. literas. ¶ Glo. ſuper verbo intra terminū.
Opp. qđ nō ſit neceſſaria termini ſtatutio ab homine: qr ipſo
iure hodie hic terminꝰ eſt ſtatutꝰ: vt ptʒ hodie de exce. c. pia. li. vi.
gl. fateť, ⁊ ponit effectū illius decre. c. pia. de excep. li. vj. vide eā.
68 ¶ † Gl. ſuper verbo, ex cōfeſſione. no. ex litera qđ in exceptioni-
bus lis cōteſt. quaſi velit, ſi partes arctanť ad reſpondēdū cōfi-
tendo, vel negādo, ex quibus ſurgit lit. cōte. de lit. cōte. c. i. de ele.
69 c. vndū. cōcluditur qđ ſuper talibus ſit lit. cōte. † ppter qđ glo.
querit de dubus. primo an ſuper exceptionibꝰ ſit neceſſaria lit.
cōteſt. ¶ Scđo an ſit neceſſe ſuper his iurari de calūnia. ¶ Ad
primū gl. reſpondet qđ nō cōteſtetur lis. inducit decre. ¶ Secū-
do determinat ſm vnā opi. cōteſtationē in talibus neceſſariam
per titulum vt lite nō cōteſt. per totū. cū talibus detur libellus,
⁊ iuretur, ⁊ alia obſeruentur: dicit tñ aliquos hoc non ſeruare, ⁊
dicit qđ male faciūt, vt credit. alle. de appel. interpoſita §. ſi. fina
liter alij tenent qđ in talibus nō exigitur lit. cōte. qr iura que lo-
quūtur de lit. cōte. ⁊ illā exigūt, loquūtur de negotio principali,
nō loquūtur de acceſſorio exceptionū: ⁊ nullo iure cauetur qđ nō
teneat pceſſus in talibus cōte. omiſſa: igitur, ⁊c. ¶ Dicit Hoſt.
qđ quedā ſunt exceptiōes, que opponūtur ante lit. cōte. ⁊ in his
dicit cōteſtationē debere fieri p totū, vt lite nō cōte. Quedā ſunt
exceptiones, que opponūtur poſt lit. cōte. ⁊ in talibus eſt neceſſa
ria lit. cōteſt. qr ſufficit cōteſtatio ⁊ fundamētū principalis litis,
ſuper quo fundatur tota ſuperficies iudicij, etiā quo ex exceptio
nes alias, quot eſſent exceptiones, tot eſſet litis cōte. dicit tñ qđ
vtroq; caſu nō exigit tātā ſolēnitatē in talibus exceptionibus,
que requirūtur in cauſa principali: alias finis nō eſſet. dicit etiā
qđ in primo caſu expediri poſſit ppter pluralitatē occurrentē ſine
70 lit. cōte. alle. de appel. interpoſita. §. ſi. ¶ † An aūt iuramētū de
calūnia ſit in talibus ſit preſtandū. gl. dicit qđ cā ſpūalis eſt iurabi
tur in eis de yernate decēda: ſi tēporalis, de calūnia. allega C. de
de iura. calū. l. j. Jo. dicit qđ nō inuenitur qđ ſit iurādū de calū
nia in litis, que ante litē cōteſt. opponatur. Fatetur qđ iuramē
tū de malitia vtroq; caſu vbi iudici videatur, ſiue ante litis con
teſt. ſiue poſt opponat, exigendū. Alle. de iura. calū. c. ij. lib. vj. ⁊
ſic dicit debere intelligi qđ ſi in ſumma, de excep. §. ⁊ quādo. ſub
§. hoc de dilatorijs. ver. quid ſi quis impetrauerit. ⁊ ver. ſequēti.
⁊ vide qđ no. in ſpec. de excep. §. viſo. ver. ſed nunquid iudex pōt.
71 ⁊ de lit. cōte. §. pe. in prin. in. §. ſed nūquid tractat. ¶ † An ſit li-
bellus offerēdus ſuper excep. glo. hic ſentit qđ ſic, per. c. j. de libe.
obla. Ubertus de bobio dicit qđ nō eſt dādus libellus: debēt tñ
dari in ſcriptis, vt tollať facultas variādi, vt actor ſuper eis poſ
ſit deliberare: dicit canoniſtas tenere libellū offerēdū: ſed ſi omit
tať, dicit qđ tenēt qđ pceſſus nō vitiať. alle. hanc gl. ⁊ no. de lit.
cōteſt. §. pe. ver. j. dicit ibi Gulí. qđ opiñ. Uber. ſeruať in curia, ⁊
bene, vt ſit finis litium. de dolo. finē. in illo §. pe. tractat, ⁊ diſcutit
dubiū huius gl. ⁊ finaliter cōcludit cōteſtationē nō neceſſariam
72 in exceptionibus, ¶ † Glo. in verbo, excōicationis, opponit qđ
nō ois excōicationis exceptio repellat a poteſtate agēdi. de cle.
excō. mi. c. ſi celebrat. So. dicit hic loq de maiori, 3nūde minori
puto tñ ſufficere qđ opponēs i practica dicat ſimpliciter. dico te
excōicatū nō audiēdū: qr in dubio intelligitur de maiori. de ſen.
excō. ſi quē. Itē qr ſatis ſe declarat put dicit eū nō audiri de-
bere ad agendū. ⁊ vide qđ no. de ele. qđ ſicut qualiter exceptiōes
intelligātur. ¶ Gl. in verbo, formā: de qua forma. quidam quod
de forma. c. ex parte. j. de ver. ſigni. Alij contra: vt doc. qđ de for-
ma. c. a nobis. ij. ad finē. de ſen. excō. ſm primā tex. loqueretur de
forma cautionis preſtāde ppter abſolutionē, ſcđm ſcđā loquiť
de forma immediata ipſius abſolutionis. qualiter debeat abſol
ui, ⁊ recōciliari, ⁊ ſic nō de preābula. ¶ Gl. in ver. aliā iuſtā. ob-
ſcūra eſt. ¶ Opp. primo qđ litera hec cōtradicat ſibiipſi: naʒ in
principio dicit delegatū abſoluere debere: hic in ver. ita vt ſi, dicit
delegatū remittere debere vt abſoluat: igitur. ſol. prima pars ſʒ
gl. liquitur qñ eſt excōicatus ſpecifice ppter cām cōmiſſam dele
gato: quo caſu cū iudex ſit cauſe principalis, iudex eſt totius ac-
ceſſorij. vnde nō eſt neceſſe qđ remittāt. In ver. ⁊ vt ſi. mutat cāʒ,
qñ fuit excōicatꝰ ppter aliā cauſaʒ, forte qr ab eo petebať equꝰ,
modo corā iſto petit. x. cū nō ſit iudex principalis cauſe: ⁊ poſſit
expedire queſtionē ſibi cōmiſſam remittendo, dʒ remittere, ⁊ nō
73 poteſt abſoluere ⁊ ſic loquitur hic. ¶ † Cōtra vtrūq; obſtat: qr ſi
hic erat excōicatus, vel propter eandē, vel ppter aliā cauſaʒ: er-
go, non valet impetratio reſcripti per eū: igitur neutro caſu, nec
principaliter, nec in ſubſidiū abſoluere pōt. de reſcriptis. c. j. li. vj.

Itē in eadē cauſa ſi fuit facta impetratio, nō vʒ prima, lite pēdē
te, nō facta mētione de ea, infra de appel. vt debitus. de re iudi.
c. inter. ¶ Tertio non valet: qr iſte litere fuerūt impetrate ab ex-
cōmunicato. gl. reſpōdet qđ lʒ reſcriptū ab excōmunicato impe-
tratū nō valeat durante excōicatione, vt hic, ⁊ ideo repellitur, ſi
opponatur, donec abſoluať, tamē ſaltem hodie vʒ eo abſoluto,
vt ex eo pcedi poſſit. alle. de exce. pia. li. vj. ¶ Hic gl. ſequiť opi.
Bernardi in gl. ſed mirū in antiqua glo. ſuper decr. pia. que ho-
die falſa eſt, per. c. j. de reſcrip. lib. vj. vbi no. gl. vbi reſcriptum eſt
ipſo iure nullū, ⁊ ſic nō cōualeſcit etiā eo abſoluto: ideo nō curės
de ea: ſed dic vt dicit hic Jo. qđ hec decre. dʒ intelligi in caſu, in
quo litere nō vitiantur vitio ſurrepti. vel excōicationis. exēplū
quando impetrauit in eadē cauſa, pro qua fuit excōicatus, quia
impetrauit facta mētione de illa cauſa, pro qua fuit excōicatus
⁊ de literis: alias nō valeret reſcriptū: ⁊ impetrauit facta mētio
ne de excōmunicatione, ⁊ erat forte cauſa, in qua valebat impe-
tratio nō facta mentione de excōmunicatione: vt. j. de excep. ve
nerabilē, ⁊. c. dilecte, vel forte excōmunicatio interceſſit poſt fa-
ctā delegationē: ⁊ ſic nō obſt. reſcripto, lʒ ſibi obſtet q̄ꝺ agere.
ita etiā intelligit gl. in verbo, exequātur. vel, vt dicit illa gl. poſ-
ſunt intelligi qñ excōicatus impetrauit in cā, p qua pōt impetrare,
vt in cā defenſionis vel in cauſa excōicationis, vel appellationis:
vt. ſ. c. j. Sed hoc nō placet: qr tūc nō obſtaret ei exceptio, vt re-
pelleret: cuius cōtrariū dicit litera. niſi dicas qđ imo ne cōtēne-
re videať, ppter illud. c. p tuas. de ſenten. excō. qđ magis placet.
per hoc declarata eſt gl. ſuper ver, exequātur. quā lege vt iacets
⁊ tene qđ ipſa dicit dicendo, nō remittendo. Secundo obuiat, qr
ſi in eadē cauſa fuit facta impetratio poſt excōmunicationē, nō
valeret ſecūde litere impetrate lite pendēte. So. ea gl. non ſoluit.
Dic q ð lis forte erat finita, vel expirauerat iuriſdictio delegati,
vel facta fuit mētio de lite. ⁊ pceſſu. Et eodē mō reſpōde ad id,
qđ dicitur, quod non valebat, qr nō fecit mentionem de proceſ-
ſu ordinarij. de appel. vt debitus. Et ſic concludendum eſt ſm
Hoſt. quod vbi propter cauſaʒ delegatā, vel illi anexā quis eſt
excōmunicatꝰ. delegati poſſunt abſoluere, ſi ppter aliā cauſaʒ,
74 remiſſio debet fieri ad excōmunicatorē. ¶ † Gl. in verbo, excō-
catorē: quare delegati abſoluere nō poſſunt, quādo propter aliā
cauſam eſt excōicatus: quid ſi abſoluāt, an valeat abſolutio. di-
cit gl. qđ nō poſſunt abſoluere propter defectū iuriſdictionis: qr
cū ſint excōmunicati ex alia cauſa, abſoluere ſpectat ad excōmu
nicatores. Sed contrariū videtur qđ abſoluere poſſunt: nā com-
miſſa eſt cauſa delegata, quanq̄ʒ diuerſa, q̄ʒ nō pōt expedire, niſi
abſoluat: ergo qđ abſoluat tāq̄ʒ acceſſoriū circunferens ad com
miſſionem videtur cōmiſſum. Solu. Uidetur commiſſum vt fa
ciat omnia, ſine quibus non poteſt expedire, ⁊c. ⁊ ideo qr poteſt
expedire cām ſuaʒ ſine abſolutione remittendo ad excōmunica
torē: qui ſi abſoluet, poterit: ſi nō abſoluat excōmunicator, ipſe,
tunc, cū aliter non poſſit expedire cauſam, abſoluet, vel debet re
75 mittere: nō abſoluere. ¶ † Sed contra ſecundo iura dicūt qđ ta
les remiſſiones ſiūt ex voluntate, nō ex neceſſitate: de offi. ordi.
c. cū ab eccleſiarū. ⁊. c. ad reprimendam. igitur. Dic qđ in iudice
ſiūt volūtarie, ſed nō in iudice alio niſi conditionaliter, primo ne
gligente remiſſio ſit ex neceſſitate. ad hoc de ſen. excō. venerabili
bus. li. vj. quod no. de ſen. excō. per tuas. de reſcrip. ab excōmuni
76 cato. ¶ † Secūdo querit gl. quid ſi excōmunicatū abſoluat ante
remiſſionē. Dicit gl. quod non valet abſolutio propter iuriſdi-
ctionis defectum. xj. q. j. c. penul. ſi a non cōper. iudic. per totū. qr
ſub cōditione hoc ei mādatur: ergo ante euentū conditionis nul
la datur iuriſdictio, etiā quo ad habitum. ¶ No. bene, qr eſt con
tra id, quod dicit Jan. hic: ⁊ vide quod ipſe no. de reſcriptis. c. ab
excōmunicato. Uide gl. eo. ti. cū in plures. li. vj. Idē Hoſti. aber.
qr iuriſdictio datur limitata, ideo forma ſeruāda eſt. Alle. ſimile
quod no. de elec. ne pro defectu. Gl. antepenulti. ⁊ vlti. tāgunt du
77 bia huius decre. ad quas aduerte. ¶ † Opp. decre. dicit qđ abſo
luto excōmunicato pro alia cauſa, ⁊ facto precepto de parēdo,
qđ poterit in ſubſidiū abſoluere delegatus, ⁊ cognoſcere de cā il
la. mirū hoc eſt. Aut dicimus qđ hic actor abſolutus erat excō
municatus pro alia cauſa. inter eadē tñ perſonas, que nunc ſunt
in iudicio vertente, aut qđ fuerit excōicatus pro alia cauſa ver-
tente inter iſtū actorē nunc, ⁊ alias inter aliū tertiū. Si dicimus
primū, practica decre. nō pōt procedere: nā ſi lis pēdebat corā pri-
mo iudice inter eaſdē perſonas, non valuit impetratio huius a-
ctoris, imo etiā ſi fuiſſet reus ad alios iudices q̄ʒ primos. in aut.
⁊ cōſequēter. C. de ſen. de reſcriptis. c. diſpendia. hodie de reſcri-
ptis. li. vj. ¶ Si dicatur qđ in prima lis, pro qua fuit excōicatꝰ,
eſſet inter actorē nūc, ⁊ aliū: ⁊ tunc nō videtur qđ de illa hic dele
gatus poſſit ſe intromittere. Cōſtat enim qđ reſcriptū nūq̄ʒ extē
dit ad alias pſonas, q̄ʒ i reſcripto. ⁊c. j. c. p. ⁊ g. Itē alia cā inter ex
traneos omnino eſt ſeparata a cauſa delegato cōmiſſa: non pōt
ergo illi dici acceſſoria. ¶ Gl. antepenulti. ⁊ ſi in princip. ponit
plures

plures intellectus. Primus, q̄ hic excõmunicatus primo fuit actor, nũc in hac cauſa, ob cauſam primo verteatẽ inter ſe ⁊ reuz in hoc iudicio: tũc obſtaret 3ria. doc. intelligũt q̄ iudiciũ nõ pẽdebat corã primo iudice, ſed erat expeditũ: ⁊ ſic poterat ad alios impetrare: vt q̄ forte lata ſententia erat, ⁊ preceptũ vt ſatiſfaceret: ⁊ ſic erat excõicatus, q̄ non ſatiſfecerat. ¶ Huic obuiãt multa, ſi iudicium erat, ⁊ cauſa finita corã primis, nõ erat neceſſaria alia diſcuſſio huius cauſe: quare ergo vult excõmunicatorẽ, vel hunc iterum diſcutere cauſam principalem, cũ res ſemel finita amplius non poſſit in iudicium deduci: vt. C. ſenten. reſcin. non poſſe. per totum. ſ. de re iudi. inter monaſterium. cum ſi. ¶ Poteſt reſponderi q̄ forte cõfeſſus fuerat coram primo iudice, iu-
78 dex preceperat vt ſolueret: non ſoluit excõicatus eſt. †Nunc reuocatur in dubium de viribus confeſſionis, ⁊ precepti. ¶ Obuiat ſecundo, quia dato q̄ ſit factum preceptum, adhuc durat iudicium coram primis, ex quo nondum ſuit executũ: ergo non valet impetratio ad alios iudices. de reſcriptis. diſpendia. li. vj. ſo. dic q̄ non valet impetratio ad alios iudices, durãte eodem iudicio: ſed hic finitur ſententia, vel preceptũ, q̄ habetur loco ſentẽtie, cum nondum ſit facta executio. q̄ eſt notandum, ⁊ ſic poterit lata ſententia, precepto nondum executo reus ad alios iudices impetrare, ſecũdũ doc. q̄ nota: quia limitat, ⁊ declarat. c. diſpendia. de reſcriptis. ¶ Secũdus intellectus q̄ hic loquatur, quando actor nunc in alio iudicio inter ſe, ⁊ extraneum fuit propter ſeparatam cauſam excommunicatus: ⁊ tunc vult q̄ eo abſoluto poterit de cauſa cognoſcere in ſubſidium inter iſtum actorem ⁊ tertium. hunc intellectum tenet Do. pe. de ſan. ⁊ abb. ⁊ goſ. ¶ Pone cauſa q̄ dicit primus litigans pro quo nunc actor fuit excõmunicatus: domini iudices, vos abſoluiſtis tunc excõicatũ. iudex dedignatus modo nõ vult cognoſcere de cauſa. certe equum eſt q̄ delegati ipſi cognoſcant: ne hic fatigetur ad noviter impetrandũ. hoc declarat Hoſt. ¶ In abſolutione enim duo ſunt põderanda, abſolutio: ⁊ hic eſt actus ſpiritualis, ⁊ principalis. Secundo ponderandum eſt preceptum de parẽdo, in quo comprehenditur q̄ habet parere mãdatis primi iudicis: ergo primã cãz: ⁊ hoc tẽporale. ſpiritualia ergo vt digniora aſſumẽt principalitatẽ in ſe, ⁊ ad ſe trahẽt parere mãdato, q̄ temporale eſt, ⁊ vertetur circa diſcuſſionem prime cauſe: ⁊ erit illa velut acceſſoria: de iudi. nouit. qui filij ſint legi. per venerabilẽ. de donatio. inter vi. ⁊ vxo. c. fi. Item ſecundũ Goſ. abſolutio, ⁊ cauſa excommunicationis connexa ſunt. venit ergo ſaltẽ in modum coherentis ipſi principali abſoluto, licet non eo modũ acceſſorij, ⁊ non ſit hec prorogatio per conſenſum partium, ſed iudicis authoritate. ⁊ ſic non ob. c. p. ⁊ g. Jo. an. dicit hanc opinionem eſſe veram, quando cauſa tertij contingit ſatiſfactionis articulum, ad quem excõicatus tenetur ex precepto iniungenti eo abſolutione dati, ſi non annectitur ſatiſfactionis articulo: dicit q̄ de illa nõ intromittet: ⁊ erit vera opi. glo. quod vt intelligas, ſcias quod ad quẽlibet iudicẽ ſpectat exequi precepta, que facit principaliter, vel incidenter: niſi de eo q̄ precipit alius ſicut iudex principaliter: quo caſu demum in ſubſidiũ poterit exequi, vt hic. ¶ Pone, excõicatus eſt quis ad petitionẽ tertij, q̄ non ſoluit id, quod eſt cõfeſſus, vel condemnatus eſt, vel non ſatiſfecit de iniuria. Si poſtmodũ hic excõmunicatus agat in alio iudicio contra alium, ⁊ opponatur, iudex precipit vt ſatiſfaciat illi, pro quo eſt excõicatus: ſi ſatiſfacere debet, exequi hoc preceptũ in ſubſidiũ ſpectat ad iſtum delegatum, qui abſoluit: poterit ergo cognoſcere de hoc an ſatiſfacere debeat: ⁊ ſic de prima cauſa. ſi in dubiũ reuocetur, q̄ venit acceſſorie ad abſolutionez, que ſibi cõmiſſa eſt: ⁊ ſi fuiſſet excõicatus corã primo ꝓpter cõtumaciã nõ annecteretur precepto de ſatiſfaciendo facto ab iſto iudice cauſe principalis: q̄ cauſa excõicationis ex contumacia eſt quid accidens ſeparatum ab ipſa cauſa principali. vnde dato q̄ poſſet in ſubſidium cognoſcere de cõtumacia, vel nõ cõtumacia, que annectitur vt executio ad preceptum non de cauſa principali ab illa ſeparata. ⁊ hoc eſt quod voluit Jo. an. ⁊ bene.

1 ☞ Delegata cauſa ſimpliciter tribus iudicibus, duo ſine ſubdelegatione tertij procedere non poſſunt tertio inconſulto, vel nõ committente iuriſdictionem. nu. 5.
2 Delegatus non dꝫ inferior dignitate dari partibus, inter quas cauſa committitur
3 Citatio non exigitur quod ſit peremptoria, aut aliter trina ad validitatem proceſſus in preſentem, ⁊ comparentem ad primaz citationem.
4 Exceptio dilatoria quomodo debent proponi.
6 Reſcripti cognitio, vel executio impeditur per itineris arreptionem, vel nuncij tranſmiſſionem ad reſcribentem, ante tamen notitiam, aut preſentationem reſcripti: ⁊ cum etiam commiſſa impedit iuriſdictionem ⁊ poteſtatem delegati. nu. 18.
7 Sententia ſuper dilatorijs, ſeu declinatorijs iuriſdictionis, quomodo formari debeat.
8 Ad appellationem iuſtificandam ſufficit probare exceptionem legitimam eſſe oppoſitam, ⁊ non admiſſam, vbi opponens offerebat probare exceptionem. nu. 17.
9 Appellatione ab interlocutoria iuſtificata contra exceptionem etiã repellentem iuriſdictionem cognoſcunt iudices de principali cauſa, vtroq̄ tamen inſtante: ſecus ſi actor tantum inſtaret.
10 Attentata lite pendente etiam ante appellationem, appellatione iuſtificata veniunt in irritum retractanda: idem de attentatis, poſt itineris arreptionem.
11 Alternatiuus articulus admittitur, quando in quolibet parte alternatiue concludit intentum opponentis.
12 Spoliatione iudicio agitur poſſeſſorio, ſiue ſit facta iudicialiter ſiue extra: ⁊ ſicut in poſſeſſorio pro ſpoliatione actuali veniunt fructus, ita pro ſpoliatione facta vi ſententie nulle.
13 Conſenſus, vel poteſtas ſicut reſidet in plures vt plures. non in plures vt vniuerſos, non ſtatur maiori parti, nec in maiorẽ partem reſidet, imo nec in duas.
14 Delegatis a tribus ad cauſam, ſi duo locum vnum aſſignant ad cauſam ⁊ tertius de loco diſcordat, valet aſſignatio.
15 Spoliatus poſt appellationem, vel itineris arreptionem, ſiue ante eſt reſtituendus.
16 Citatus coram iudice incompetenti an arctetur ad comparendum ad cautelam allegaturus cauſas incompetentie. 19.
17 Exceptiones non ſufficit proponere, ſed ⁊ illas incontinenti probare neceſſe eſt, ⁊ ad id admitti.
18 Iuriſdictio ordinarij nõ ſuſpenditur per itineris arreptionem licet ſecus in delegato.
19 Delegatio tribus cum clauſula quod omnes, ⁊c. ſi tertius malitioſe ſe abſentat, vel ſe nõ excuſat, an citatus arctetur ad comparendum coram duobus, vt eorum proceſſus valeat.
20 Delegatio tribus cum clauſula q̄ ſi non omnes, ⁊c. vbi vnus ſe malitioſe abſentat, dꝫ a condelegatis ter extraiudicialiter requiri, ⁊ rogari, vt proceſſus duorum valeat, vbi iuriſdictio coheret actui iudiciali, alias ſufficit vna requiſitio.
21 Requiſitio an, ⁊ quando debent eſſe trina. vel vna ad conuincẽdam malitiam requirendi.
Citatio vbi, ⁊ quomodo fieri debeat, ⁊ quando ſufficiat vna, vel requirantur trina.
22 Sententia quando lite non conteſtata poſſit dici valida.
23 Fructus reſtituere coactus an teneatur de perceptis tãtum, vel percipiendis ſimul.

1 **Cum cauſa.** ¶ †Si cauſa cõmittitur tribus iudicibus ſimpliciter, duo ſine ſubdelegatione tertij ꝓcedere nõ poſſunt: q̄ ſi facerent, ab eis poterit appellari. h. d. ¶ Primo recitat factũ, ſup quo, ⁊ pro quo fuerat appellatum. ¶ S. do committit appellationis cauſam, ibi: ſinte[illegible]. ¶ Caſus. Vertẽtis queſtiõe inter archiepiſ. Montis regalis ex vna parte, ⁊ Roſañ. ex altera parte, ſuper quibuſdaz decimis Roſañ. agente contra archiepm Montis regalis, hec cã fuit ad petitionem Roſañ. delegata tribus iudicibus delegatis, coram quibus citatus archieps montis regalis oppoſuit duas dilatorias exceptiones, ⁊ declinatorias iuriſdictionis. Prima, quia cauſa fuerat tribus cõmiſſa, ⁊ duo citauerunt tertio incõſulto, nec vices ſuas committente: ſcdo q̄ ante citationem ⁊ notitiam literarum ſup hac cauſa nuntios ad ſedẽ tranſmiſerat apoſtolicã, ex quo concludebat iuriſdictionem preuentã, ⁊ preoccupatã delegatorũ, reiectis exceptionibus iudices interloquendo pronuntiauerũt archiepm ad propoſita reſpondere debere: a qua pronuntiatione archieps appellauit, poſt quã appellationem iudices per ſe vel laicos dictũ archiepiſ ſpoliauerunt. ⁊ priuauerunt poſſeſſione decimarũ archieps proſecutus appel. obtinuit cauſam cõmitti iudicibus delegatis, vt ſe informarent an propter dictas exceptiones appellaſſet: ⁊ ſi inuenirẽt propter dictas cauſas appellatum, ⁊ prefatos iudices exceptiones nullatenus admiſiſſe, nõ obſtante q̄ per primos iudices factũ eſt, faciant predictas decimas, quibus aſſerit ſe archieps ſpoliatũ, poſt quã nuntios tranſmiſit ad ſedẽ apoſtolicam per iudices, ſiue per alios cum fructibus perceptis reſtitui: ⁊ demum in cauſa procedant quantum de iure poterunt partes audiendo. hic eſt caſus. Lego literam. ¶ Not. q̄ quandoq̄ duo archiepiſcopi litigant ſuper iure decimarum, ⁊ dantur tres iudices. Et per hoc dicit Jo. an. quod conſideratio q̄ q̄n duo archiepi litigant, ⁊ dantur tres iudices, poteſt percipi q̄ archiepãlis prouincie diſtinguitur quãdoq̄ per modicũ territoriũ. q̄ facit ad not. in. c. coram. de elect. ⁊ de teſti. c. vltra ter-
2 tiam. ¶ †Not. primo cauſam archiepiſcoporum cõmittendam archiepis: ⁊ ſic equum eſt quod papa nõ det delegatũ inferiore
3 dignitate partibus, inter quas cã cõmittitur. ¶ †Not. ſcdo q̄

ad validitatē pceſſun in preſentē, ⁊ cōparētē ad primā citationē
nō exigitur qȝ citatio ſit perēptoria, aut aliter trina, ſȝ vnica ⁊
4 ſimplex ſufficit. ad hoc qȝ no. j. c. ɔſuluit. ¶ † No. tertio practi-
cā dilatorie, vt cōcludat opponēs ſe nō debere ſtare iudicio iudi-
5 cis, cuius iuriſdictionē declinat. ¶ † No. quarto qȝ nō vȝ pceſ-
ſus duorū cōdelegatorū, tertio incōſulto, vel nō cōmittēte iuriſ-
6 dictionē, maxime parte opponēte. de quo. ſ. c. primo. ¶ † Nota
quinto qȝ itineris arreptio, vel trāſmiſſio nuncij ad ſedē apoſto
licā añ notitiā literarū ſuper cā aliȷ ſpecialiter cōmiſſa, impedit
iuriſdictionē, ⁊ poteſtatē delegati: ſec⁹ ergo poſt notitiā aut p̄-
7 ſentationē literarum. ad hoc. j. de appel. c. ad hec. ¶ † Not. ſexto
8 practicā ſententie ſuper declinatorijs iuriſdictionis. ¶ † Not. ſe-
ptimo qȝ ad iuſtificādā appellationē ſufficit probare exceptio-
nē legitimā eſſe oppoſitā, ⁊ nō admiſſā, qñ de veritate exceptio
9 nis veriſimiliter iudex a quo dȝ eſſe certus. ¶ † No. octauo qȝ iu
ſtificata appellatione ab interlocutoria, cōtra exceptionē etiā ex
pellētē iuriſdictionē cognoſcunt iudices de principali cā. qȝ eſt
verū vtroqȝ inſtāte, vt pcedat ante appellationē: ſecus ſi actus
10 tantū inſtaret: vt. j. de excep. olim. ¶ † No. nono qȝ attētata li-
te pēdēte, etiā ante appellationē, appellatiōe iuſtificata veniunt
in irritū retractāda. Idē de attētatis poſt itineris arreptionem.
11 ¶ † No. decimo ar. qȝ admittitur articulus alternatiuus, qñ in
qualibet parte alternatiue cōcludit intētū opponētis. ad hoc de
12 reſcrip. ſ. c. ex parte. ¶ † No. vndecimo qȝ ſpoliatione iudicis
agit̄ poſſeſſorio, ſiue ſpoliatio ſit facta iudicialiter, ſiue extraiu-
dicialiter: ⁊ qȝ ſicut in poſſeſſorio p ſpoliatiōe actuali veniunt
fructus, ita ⁊ p ſpoliatione facta iudicis authoritate vi ſententie
nulle ⁊ ſic apparet qȝ authoritas ſentētie nulle nō excuſat a fru
13 ctib⁹. ¶ † No. vltimo qȝ vbi poteſtas reſidet i plures vt plures,
nō in plures vt vniuerſos, nō ſtat̄ maiori parti: nec poteſtas reſi
det in maiorē, imo nec in duas. per qȝ limitat̄. l. qȝ maior. ff. ad
municip. ⁊. c. qȝ pper. de ele. ⁊ ſic pceſſus duorum ſine clauſula,
14 tertio abſente, nō vȝ. cōcordat. ſ. c. cām. ¶ † Querit̄ quid ſi duo
aſſignēt vnū locū, ⁊ tertius diſcordet. dic ſm Ho. qȝ vȝ aſſigna
tio, niſi locus manifeſte ſit incōgruus. de quo per eū in ſumma
15 huius tituli. §. qȝ ſit eius officiū. ver. qȝ ſi nō poſſunt. ¶ † Que
ritur an iſte ſit reſtituēdus, ſiue fuerit ſpoliat⁹ poſt appellationē
vel itineris arreptionē, ſiue añ. dic qȝ ſic ſm Ho. nā quādocūqȝ
quis ſpoliatur dominio, iniuſte reſtituēdus eſt: vt. j. de reſti. ſpo.
in literis. ⁊ quaſi p totū. quāuis Inn. videat̄ velle qȝ debeat in-
telligi, qñ ſpoliat⁹ fuit poſt itineris arreptionē. per tex. ibi: poſt-
q̄. ⁊ ſic etiā ſi añ oppoſi. ⁊ app. interpoſitā fuiſſet ſpoliat⁹, dūmo
do poſt itineris arreptionē, eſſet reſtituēdus. dic qȝ opi. Ho. p-
cedit, vbi reſtitutio nō regulat̄ ad tēpus, ſeu poſt tēp⁹ certi act⁹
ſecus vbi regulatur. ⁊ ſic pōt intelligi dictū Inn. qȝ tūc eſſet ſer-
uāda forma mādati: vt. c. cū dilectus. de reſcri. ¶ † Hic habemus
tria. Primo cauſas duas appellationis. Secundo appellatio
16 nē, ⁊ eius cōmiſſionē. † Tertio attētatū poſt appellationē, ⁊ mā
datū: ergo illud circa cauſas videt̄ qȝ ſtātibus illis cauſis nō ar
ctat̄ hic ad cōparēdū: vt ptȝ. ſ. c. primo. Sol. dicit gl. i. qȝ nō ar
ctat̄ ad cōparendū: tamē ſi voluit cōparere, potuit: ⁊ cautius eſt
qȝ cōpareat allegaturus priuilegiū: vt. ſ. e. c. primo. ¶ Nec ob.
ſi dicat̄ qȝ imo arctet̄ ad cōparendū: ⁊ ſi nō cōpareat, punietur:
vt. j. de appel. c. ſi duobus. qȝ refert an citātes ſint certi qȝ nō ha
bēt iuriſdictionē: qȝ eſt in caſu noſtro: qȝ debēt eſſe certi, an ſint
dati cū clauſula, vel ſine clauſula. Itē an tertius excuſatus vel
nō: ⁊ nō arctat̄ ad cōparendū citatus, licet ſit tutius qȝ cōpa-
reat: qȝ poſſibile eſt qñ illi erūt certificati de impedimētis: vt di-
ctū eſt. ſ. c. primo. ¶ Quādoqȝ ipſe iudex citatus nō eſt certus
de defectu iuriſdictionis, vt eſt in cōtrario, qñ ad ipſuȝ apparet
appellatū, ⁊ nō cōſtat qȝ ad aliū fuerit appellatum: ⁊ tūc citat⁹
arctat̄ ad cōparēdū ad certificādū iudicē de priuilegio ſuo: alias
valeret pceſſus in ipſum vt cōtumacē. ⁊ ſic cōcor. ſi ille ſciuiſſet,
nō debuit pcedere ad penam cōtumacie, vel aliens pceſſum, vt
innuitur in dicto. c. ſi duobus. dicit tñ Inno. hic, qȝ ſi citatus a
duobus cōpareat, tertio exiſtente preſente, qȝ cōpellitur reſpō-
dere, lȝ citatio nō arctauerit. ff. de ſeruo. l. j. ⁊. ſ. e. c. primo. ¶ Ho.
cōtra, niſi ſponte voluerit, qȝ citatio nō arctauit: ⁊ ſic lȝ act⁹ iu-
ridicus poſſit expediri parte preſente nō citata, vel nō legitime
citata, parte cōſentiēte, non tñ inuita. ⁊ ſic limita qȝ ſcribitur de
elec. c. ſi. lib. vi. Puto tamen qȝ ex quo preſens eſt, pōt moneri
per iudicē: ⁊ illa eſt loco citationis, niſi monitus allegat aliā cau
ſam: vt patet in. l. ſi. C. quo, ⁊ qñ iudex. ⁊. j. c. cōſuluit. p gl. ¶ Not.
tamen gl. que exigit iudicē certū: qȝ illud, qȝ dicitur, qȝ vbi cer-
tum eſt iuriſdictionē iudicē non habere, citatū nō arctari ad cō-
parendū eſt verū qñ hoc notū eſt iudici citanti, vt hic vides per
qȝ dicit hic Ho. qȝ ſi adiungeretur delegat⁹ alius ignorātibus
de adiuncto, qȝ ſi citarent valeret, ⁊ arctetur citatio. argu. dicti
c. ſi duobus. quia licet pars de hoc eſſet informata, non iudex.
17 ¶ † Opp. cum gl. quinta quod hic appellatio non iuſtificet ſo-
lo exceptionis obiectu: vt de appel. interpoſita. niſi offeratur p-
batio: vt ibi. So. dic ſm gl. Hoſti. ⁊ Hoſti. qȝ hic iſte obtulit ſe
pbaturum, ⁊ nō fuit admiſſus. vel ſm Abb. dic qȝ quando iu-
dex veriſimiliter eſt certus de veritate exceptionis, non exigitur
alia probatio, vel oblatio coram iudice a quo: quia habet intus
quod querit extra. quando autem iudex veriſimiliter nō eſt cer-
tus, procedit contrarium. pe quod apparet dictū predictorum
non verū: quia exigebant oblationem probationis. ſic dicit gl.
de appel. dilecto. de exce. cum aliis. ¶ Alij dicūt qȝ hic nō pon
derat obiectū exceptionis: ſed ſolū itineris arreptionē, quaſi iti-
neris arreptio ſit cauſa, quod eſt falſum: qȝ papa ſe ſuper vtraqȝ
cauſa fundat: ideo pōderat itineris arreptionē quo ad fructus:
quia illa preceſſerat: vnde nō tantum vult cōcludere fructus de
beri poſt exceptionem, ſed etiam poſt itineris arreptionem.
18 ¶ † Opp. cum. ij. gl. qȝ itineris arreptio nō habeat ſuſpendere
iuriſdictionē, qñ ſit per procuratorē. de appel. c. vt debitus. Sol.
dicit gl. qȝ hodie correctū eſt. ⁊ fatetur Ho. quo ad ordinariū: ſe
19 cus quo ad delegatū. Sed de hoc dic vt. n. c. vt debit⁹. ¶ † Que
ro cū eadem gl. ibi: ſed ponamus, dati ſunt iudices tres cum illa
forma, qȝ ſi nō oēs: ⁊ tertius malitioſe non venit, nec ſe excuſet:
quero an arctetur ad cōparendū ad citationē duorū, ⁊ ſi nō ve-
niat, an duo poterunt procedere. videtur qȝ ſic: qȝ duo poſſunt
procedere tertio abſente, ſicut capitulū pōt procedere aliquibus
requiſitis ſi ſe abſentāt aliȷ. de ele. qȝ ſicut. In cōtrariū qȝ primo
debet conſtare de iuriſdictione antēq̄ firme procedere valeat: ſȝ
de poteſtate exercitij ei conſtare nō pōt, niſi prius ſe excuſet, vel
dicat quod nō velit: ergo nondū eſt exercitiū ſolidatū in duob⁹: ⁊
⁊ ſic procedere nō valent. de reſcriptis. ſciſcitatus. nec dicatur eo
quod nō venit iā cōſtat quod nō vult: qȝ eſt poſſibile quod vult
ſed eſt impeditus: ⁊ ſi venerit, ⁊ poſtea. tūc qȝ eſſet actum retra-
ctaretur: de re iudi. cū bertholdus. ¶ Scdo, qȝ nō poſſunt duo
illum in mora cōſtituere, vt in ſe ſolident iuriſdictionē: qȝ par in
parem non habet imperium, de elect. innotuit. ff. ad trebel. ille a
quo. §. tempeſtiuum. nam ſi poſſunt eū citare, poſſunt in contu-
macia conſtituere, ⁊ ſic excommunicare: qȝ non videtur. ¶ Gl.
fatetur qȝ nō poſſunt citare, ſed poterunt requirere: ⁊ ſi requiſi-
tus vſqȝ ad trinam monitionem non venerit, vel dixerit ſe nolle
venire, ⁊ vel venire, ⁊ non venerit, ⁊ talis preſumptio habebit̄ p
reſponſione: ⁊ tunc procederetur. xi. iij. q. ix. decernimus. alia ge
20 neralia proſequit̄. de quib⁹ nō curo. ¶ † Not. qȝ quanq̄ pars,
vbi equitas ſuggerit, non poſſit citare parem, pōt tamen extra-
iudicialiter requirere, ⁊ rogare. Ad hoc de reſcriptis. c. cū cōtin-
21 gat. de ſup. neg. prela. c. j. de elec. cū nobis. ¶ † Itē nota quod ſi
cut in citatione, que pēdet a iuriſdictione ad cōmittendā contu-
maciā exigitur trina citatio, ita in requiſitione ad contumaciaȝ
conuincēdam: hoc verū, vbi iuriſdictio coheret actui iudiciali:
alias ſufficit vna requiſitio. de loca. potuit. l. quod te. ff. ſi cer. pe.
quod no. Inn. de elec. cū nobis, ⁊ doc. de iureiuran. ego N. Per
hoc dicunt qȝ eadē ratione poſſet fieri hec requiſitio ad perſo-
nam. i. qȝ pſonalr requiratur ſi inueniri pōt, ſicut ⁊ citatio: alias
ſufficit qȝ fiat ad domum. de dolo. c. ij. de eo, qui mit. in poſ. c. ſi. ⁊
in cle. cauſam. de elec. ⁊ vide gl. que in ppria terminis dicit vnā
ſufficere. in cle. j. de hereticis. in glo. ſuper verbo, requiſiti. Io.
xvij. di. c. ſi epus. in. ij. gl. ad hoc qȝ no. lx vi. di plebs. In citatio
ne autē iuris ſufficit vna: de elec. c. j. li. vi. vbi Io. an in Nouella.
⁊ eo. ti. quāuis. Secūdo dicit gl. qȝ iſti nō poſſunt vt pares cita
re. ſatis poſſet dici qȝ ōni quo ad iſtū articulum cōtumacie cōuin
cēde, in hoc eſſent pares, cū ab eorū ptāte pēdeat cognoſcere an
ſua ſit iuriſdictio: ſic etiam pendeat ab eorū poteſtate cōuincere
22 negligētiā, vt ſolidetur iuriſdictio. ¶ † Quero cum gl. iiij. an in
hac cauſa poterit pcedere lite nō cōteſt. ad ſniam gl. dicit qȝ ſic,
eſſet dubitatio,ſi non pretẽderetur nulla propter iniuſtitiã,ſed
propter ordinẽ:ſed adhuc ſatis ſaluaretur libellus.Ho.aũt di-
cebat,precedẽtia dicta per Inn.procedebãt de iuris ſubtilitate,
ſed nõ de ſimplicitate canonica:ꝛ dicit qḋ ſi quis libellat ſcđm
illã ſubtilitatẽ,de facili cadere poterit.de iud.examinata.cõſulunt
ergo qḋ ſimpliciter det petitionẽ:conqueror de tali,qui me iniu
ſte excõicauit:vnde peto ex veſtro officio prouideri nullã pro
nuntiando,vel abſoluẽdo,prout vobis videbitur faciendum,ꝛ
eundẽ epiſcopũ in expẽſis condẽnãdũ,ꝛ alias canonice puniri.
ꝛ dicit qḋ excõicator in hac inſtantia condẽnabitur in expẽſis,
ſi apparet iniuſta,per.c.ſacro.de ſen.excõ.ar.j.de iudi. dilecta.ꝛ
de dolo,ꝛ cõtu.c.j.cũ ſimi.ꝛ ſi obijcitur de contrarietate, repli-
cabit de ſimplicitate iuris canonici,ꝛ iniuſtitie veritate:nec at-
tẽditur quomodo iudex grauet:ꝛ qꝛ qualiter cõtra grauet,puniẽ
dus eſt,cũ hec oĩa pẽdeant ex officio:vt patet.xi.q.iij.ſi epũs.cuʒ
vi.c.ſeq.imo iudex iuſtã poteſt dʒ ſubtilitati obuiare,ꝛ parce-
re laboribus,ꝛ ſumptibus partiũ.ĩ.c.ſuper queſtioni.§.porro.
quinimo nec in predicto libello dari põt certitudo cũ omnia cõ-
mittantur arbitrio iudicis:ꝛ per talẽ formam refugitur materia
litiũ:qḋ fieri dʒ.de reſcriptis.nonnulli.ꝛ de dolo,ꝛ cõtu.finez.cũ
ſimi.nec non fulminans indebite ſententiã excõicationis punit,
ex cuius generali petitione concluditur ad diuerſas penas,que
imponuntur iniuſte excõicanti.iuxta no.in.c.ſacro.j.de ſen ex-
cõmu. ¶ Quãdo dicatur ſentẽtia lata errore iuris expreſſo.dic,
qꝛ excõicatur obediens cum debeat excõicari ſolus contumax
vel exprimitur illud peccatũ manifeſte.de quo de ſen.excõi.vene
20 rabilibus.libro ſexto. ¶ †Op.innuit hic tex.qḋ excõicatio in-
iuſta ligat,ꝛ eget abſolutione:qḋ imo non liget:qꝛ eccleſia non
habet maculã,neqꝫ rugã,de penit.di.i.c.eccleſia.So.cõmuniter
dicit hoc fuiſſe ſtatutum,vt claues eccleſie ſint in maiori reuerẽ-
tia:nec enim alias ligatur quo ad eccleſiã triumphantez.de ſen.
excõmu.c.a nobis.ĩ.ſic ꝛ alibi ſtatuit qḋ debeat pareri manda-
to pape,etiã dolo.xix.di.c.in memor.Ego aũt dico nꝰl ſpeciale in
excõicatione:nam quelibet ſententia iniuſta ligat.de re iud.c.cũ
21 teter. ¶ †Quero dicit textus excommunicatum conquerentez
de excommunicatione potius abſoluendũ,per quem dic quod
abſoluendus eſt remittendus ad iudicem,qui excommunicauit
etiam ſi in literis de remiſſione nihil dicatur,ſed ſolum ſecundũ
formã eccleſie abſoluas:qꝛ hoc faceret delegans:ergo ꝛc.de re-
ſcriptis.c.ſuper.ꝛ.hoc veruʒ,ſi remiſſio fieri poteſt abſqꝫ aliquo
periculo.de ſen.excommu.ſacro.ꝛ ſi excommunicator non volt
abſoluere,nec iuſtã cauſaʒ habet.hoc faciat delegatꝰ.ĩ.c.prudẽ
tiã.§.pe.ꝛ vlt.Et iuſtã cauſam pretẽdat,audiet ipſam,ꝛ exami-
nabit delegatꝰ.ĩ.de reſcriptis.ab excõicato.Et dato quod ab-
ſolueret,ex quo iudex eſt cauſe,valeret abſolutio.de ſent.excom.
venerabilibus.§.vbi autẽ.li.vi. ¶ Opp.qḋ nõ debeat fieri abſo
lutio per delegatũ,niſi prius facta remiſſione ad excõicatorẽ.de
ſen.exc.per tuas.ꝛ.c.ſacro.ĩ.c.prudẽtiã.§.ſexta. Soluit Inn.ſtã
do contrario Dic ergo vt in.§.ſexta.vt procedatur prout ibi di-
citur.Quid ſi agitur ſuper nullitate ſententie excõicationis ab
vna parte,vel alterius,nun quid aduerſa pars ſuper validitate
ſentẽtie poterit probationes adducere:vel ecõtra,ſi petat ſenten
tiã confirmari,an aduerſa pars poſſit pducere probationes ſup
infirmatiõe,ꝛ an ſuper infirmatione poſſit pronuntiari:Videte,
ſunt opin.quidã dicũt qḋ ſuper petitione cõfirmationis nõ pote
rit pnũtiari ſuper infirmatiõe,fundamẽto ipſorũ,qꝛ ſuper nõ de
ducto in iudicio nõ eſt pronuntiandũ.ff.cõmuni diuidũdo.l.vt
fundus.de ſimo.licet.Heli. ¶ Per hoc cõcludunt ſanũ conſiliũ
qḋ dato libello ſup cõfirmatiõe ab aduerſa pte.deẽ libellus ſup
22 infirmatiõe:alĩs nõ poſſet pnuntiari ſup infirmatiõe. ¶ Cõtra
iſtos facit primo,qꝛ ſi pꝛo petit confirmari,vel infirmari,oẽ ius
videẽ ptẽs deduxiſſe in iudiciũ,ꝛ oẽm cãm.C.de anna.excep.l.
vlti.ff.de excep.rei iudi.l.ꝛ an eadẽ.§.actiões.ſi ſic,ergo nõ pro-
bato de infirmatiõe,vel cõfirmatione cõſtat,de iure aduerſarij:
ꝛ ſic ſentẽtia infirmanda,ex quo altero iure agere nõ poteſt.Sʒ
rñdet,quod licet totũ ius deduxerit,proſequitur tamẽ vnã cãm.
vnde quo ad illã tantũ ſibi pꝛodicat:patet.C.de iudi.l.iudex.ff.
de inſtito.l.habebat.Secũdo rñdet,quod dato quod non poſſit
agere ex aliqua cauſa,tñ non eſt pronũtiandũ ſuper non petitis.
Item dato qḋ vlterius agere nõ poſſit,ex aliqua cauſa tamẽ po
teſt,quod verũ dicebat, qui petebat infirmari ſententiã.licet in
probatiõibus defecerit.ḃ.q.vi.pleriqꝫ.Et nõ bene faceret iudex,
qui ſuper ea.ſ.cõfirmatiõe ſententiã ferret,ꝛ maxime cũ non ſit
petita. ¶ Secũdo ob.hec decret.qꝛ hic dicitur.ſ:ſnĩã ferri poſ
ſe ſuper cõfirmatione,ꝛ tñ nõ eſt verũ qḋ fuerit petitũ.Sʒ rñdet
Inn.qḋ non dicit text.qḋ recipiantur ſuper confirmatione,ſed
23 recipiantẽ ſuper infirmatione,vel non infirmatione. ¶ †Tertio
obſtat,de app.c.oblate.vbi corã delegato ſuper infirmatiõe põt
agi de confirmatione.Sol.illa facit quod fateor qḋ petita cõfir-
matione põt agi de infirmatione:opus eſt tamen nouo libello.Sʒ
dic quod illa facit plus arguẽdo de literis ad libellũ:qꝛ qua ra-
tione delegatꝰ ſup infirmatione delegatus eſt ſuper confirma-
tione,

tione,⁊ econtra,eadē ratione libellus fundatus ſuper vna,videt̄
fundatus ſuper altera,Inn.concludit ꝙ in cauſa appellationis,
vel vbi agitur officio iudicis,puta qñ petitur reſtitutio,ſi libellus
fundetur ſuper cōfirmatione,poterit ſuper infirmatione pronun
tiari,ſi de illa cōſtet.allegat tex.in auth.de his,qui ingredi.ad
appel.§.volumus.Idē ſi petatur reſtitutio,ſi non eſt danda reſti
tutio,qꝛ nō tenuit ipſe iure geſtum:tamen iudex procedet ſuper
nullitate,non ſententiando,ſeu aliter prouidendo,vt id ꝙ eſt nul-
lum,nō obſit agenti,⁊ non proſit.alleg.ff.de mino.l.verū.§.ſi fa-
cto.fundatur ratione:qꝛ officiū iudicis late patet.ſed vbi agitur
via ordinaria de nullitate.ſunt opi.tamen dicit ꝙ ſuper libello
fundato ſuper confirmatione poteſt agi de infirmatione,vel ecō-
tra.alle.ff.de proba.l.circa,⁊ de iureiuran.l.ſed ⁊ ſi poſſeſſori.§.ſ.
dū tamē iudici hoc cōſtet per probationē vel cōfeſſionē.dicēs ꝙ
non eſt tutū ꝙ dentur duo libelli,ex eo qꝛ poſſent ſententie ferri
cōtrarie ſuper diuerſis libellis:⁊ ſic vna alteri preiudicaret,⁊ ma
xime ſi poſtq̃ multū eſt proceſſum in cauſa,reciperet̄ libellus pri
24 mo contradictorius. ❡ †No.iſtud dictū Inn.ꝙ ſentētia lata
contra ſententiā ſuper diuerſis libellis valet,⁊ ſic in diuerſa inſtā
tia ꝙ eſt mēti tenēdū.nō ob.ꝙ dicitur,nō eſt deductū de infir-
matione,vbi libellus eſt fundatus ſuper cōfirmatione:nā videt̄
deducta infirmatio,ſaltē negatiue:qꝛ ſi peto ſentētiā confirmari,
indirecte peto ipſam nō infirmari.Unde ſuper hac petitione in-
directe poteſt fundari ſententia:ſicut patet in dicta l.circa.hec ve
ra vbi probat dans directo cōtrariū libelli:ſed ſi neuter probat
in vna parte,dic ꝙ abſoluetur reus,contra quē petitur infirma-
tio ab impetitione actoris.Et hoc placet.in alia dicit ꝙ abſol-
uitur ab inſtātia:de quo de ꝯfir.vti.vel inuti.c.ſi.primū plus pla
cet.Per predicta poteſt determinari queſtio vtrū actore dicente
ſe dominū in libello,ſi reus aſſumat in ſe onus probādi ꝙ ſit do
minus,poſſet ferri ſententia declaratoria pro reo.Inno.ꝙ ſic,in
c.ex conqueſtione.de reſt.ſpo.qꝛ ſicut ex impetratione actoris in
cauſa recōuētionis ſe fundat reus,ita ſuper petitione actoris ſe
fundabit reus,vt ipſe poſſit obtinere ſententiā pro ſe.alle.l.circa.
ff.de proba.primo caſu dicit ꝙ ſi reus aſſumat in ſe onus probā
di ꝙ mos eſt ei gerendus,vt ſi probet,obtineat,pro hoc.l.ſed ⁊ ſi
poſſeſſori.ff.de iureiurando.vbi ſi delato ſacramento reo iurat rē
ſuā eſſe,pro eo fertur ſententia declaratoria.Ho.ibi tenet cōtra-
riū,ex eo qꝛ ſuper non petito,⁊ per cōſequens non in iudiciū de-
ducto,nō poteſt pronuntiari:vt dicto.c.licet.⁊.l.vt fundū.ſed in
libello actoris ſolum deducitur dominiū actoris:igitur.Itē qꝛ
ſuper ſolo dominio actoris eſt lis cōte.igitur ſuper dominio rei
non valet ſentētia:vt lite non conteſ.per totū.❡ Non obſtat.l.cir
ca.qꝛ fertur ſententia ſuper dominio rei,ibi,quando partes cōue
niunt ꝙ ſi reus probet,pro reo ſentētia feratur:⁊ poſſunt partes
cōuenire de certa ſententia:vt patet in.l.ſi cōuenerit.ff.de re iudi.
⁊ patet in.l.ſi.C.cōmunia vtriuſq; iudi.Aduerte tamen,qꝛ iſta
ſententia eſſet nulla,tenendo opi.Hoſti.⁊ nō valeret tunc ve ſen
tētia,ſed eſt ſtaretur vt ſimplici partium cōuentioni.Per hoc pa
tet reſponſum ad.l.ſed ⁊ ſi poſſeſſori.de iureiura.qꝛ deferēs iura-
mentū,tacite videtur cōſentire vt pro eo pronūtietur,quando ſic
iurat.Jo.de ligu.tenet opi.Inn.indiſtincte per illam.l.circa.que
ſic ſimpliciter dicit:nec ibi apparet de cōuentione partiū,nec de
libelli oblatione.Dominus meus adheret opi.Ho.dicens ꝙ in
l.circa.data fuit petitio ex parte rei:qꝛ ibi non negatur quin libel
lus fuerit oblatus.mihi videtur ꝙ opi.Inn.ſit vera,⁊ fuit origi
naliter opi glo.⁊ Ja.bal.in dicta l.circa.ꝙ probo:ſuper tacite vel
expreſſe petito poteſt ferri ſentētia.ſi dico me dñm,nego aliū do
minū:qꝛ duo nō poſſunt eſſe domini eiuſdem rei in ſolidū.ff.de
excep.rei iudi.l.ſi inter me,⁊ te.⁊ probatur.ff.de procur.l.pōp.§.
ſ.ergo deductū eſt dñium rei negatiue.⁊ ſic cōcluditur ꝙ pōt ſu
per eo pronūtiari:qꝛ lis ſuper illo eſt cōteſt.⁊ per hec ceſſant oīa
25 Ho.motiua.❡ †Quero petitur ſententia confirmari,reus aſſu
mit onus probandi ipſam eſſe nullam,⁊ nō probat,qualis debet
eſſe ſentētia.dicit Inn.quoſdā dicere ꝙ nō dꝫ ſentētia infirma-
ri,nec cōfirmari,ex quo neuter probat:ſed debet abſolui reus ab
impetitione actoris:vt dicta.l.circa.⁊.l.ſꝫ ⁊ ſi poſſeſſori.§.ſ.ff.de
iureiur.ex quo etiā actor nō probauit.Alij dicūt ꝙ abſoluet̄ a-
ctor ab obſeruatione iudicij.de quo de cōfir.vti.vel inuti.capi.ſi.
❡ Videte prout no.gl.in dicta.l.circa.lꝫ reus aſſumat in ſe onus
probandi per hoc non perdit cōmodum.l.qui accuſare.C.de edē
do.⁊ ca.cum eccleſia ſutrina:de cauſa poſ.vnde forma ſententie
ſue erit ꝙ reus actore non probante abſoluitur ab impetitione
actoris ⁊ actor ab impetitione rei.nec eſt verū ꝙ iſta ſit abſolu-
tio ab obſeruatione,vbi nō probatur,ſed eſt diffinitiua,ſꝫ cōtra
ſiue ergo reus probet,ſiue non,ſemper obtinebit.nil ergo ei erit
negotiū non probare.dic quo ad finem obtinendi nō erit differē
tia,ſed quo ad finē aliter ⁊ aliter obtinendi,ſic:qꝛ ſi nō probet,ha-
bebit declaratoriā abſolutoriā.Si probet,habebit declaratoriā ꝙ
ſit dñs.⁊ ſi dicat̄,quis ſit effectus.dico,magnꝰ qꝛ per primā ſen-
tentiā cōſequitur ſolū ius excipiendi:ſed ſi caderet a poſſeſſione,
26 nō poſſet agere tanq̃ dominus.❡ †Quero an ſup libello nulli
tatis poſſit ferri ſententia validitatis ſententie.Inn.dicit quod
ſi ſimpliciter nullitas eſt deducta,poteſt reus ex quacūq; cā iu-
ſtificādo ſententiā obtinere ſententie confirmationem penitus
diuerſam:adeo ſi agit de nullitate ſentētie,qꝛ lata poſt appellatio
nem,poterit obtinere confirmationē,probādo ꝙ lata ante appel-
lationem.Sed ſi agitur de nullitate ſententie vt late poſt appel-
lationem,non obtinebit confirmationem ſententie vt late ante.
27 ❡ †Quid ſi petitur ſententiā infirmandā ex certa cauſa pronū-
tiari,puta qꝛ ſit lata ān appellationē legitimā:ſi aduerſarius vult
probare ſententiam non tenere ex cauſa nō directo contraria,ſed
ex cauſa qꝛ ferens nō fuit iudex,vel qꝛ ordo iuris non fuit obſer-
uatus,an poſſit virtute dicti libelli ſuper eo ferri ſentētia.dic ꝙ
nō:qꝛ etiā dans libellum,ſi velit probare ꝙ ex altera cauſa eſſet
cōfirmāda,nō poſſet.Et ſi ferretur ſententia pro eo,vel cōtra eū
ex altera cā,poſſet agere,multo fortius ergo nō poterit inducere
probationes ſup iuſta,vel iniuſta excōmunicatione,niſi ageret
in modū recōuētionis.Vide.hec eſt ipſa veritas:ſi agatur ſimpli
citer ſup cōfirmatione ſentētie,omnis infirmatio vt directe con-
traria vī negatiue deducta in iudicio:⁊ idō pōt qñcūq; reus pdu
cere probationes ſup infirmatione,⁊ ſup ea pnūtiabit̄:ſed ſi eſſet
producta petitio ex certa cauſa,indirecte ꝯtraria cauſa videt̄ in
iudiciū deducta negatiue:⁊ ſic ſup illa,non ſup alia poterit pro-
28 bationes inducere.❡ †Querit Hoſti.quid ſi dico ſententiā nul
lā pronūtiari,ex eo qꝛ lata poſt appellationē,ſi de ea conſtare nō
poteſt,conſtat tñ ꝙ eſt nulla ex altera cauſa,vt qꝛ a non iudice,
vel qꝛ lata iuris errore expreſſo,vel aliter,an poterit ſup illo libel
lo pronūtiari.Dicit Hoſt.ꝙ de rigore non:qꝛ hec cauſa non eſt
deducta,⁊ cauſa,que eſt pducta non eſt pbata:ideo abſoluēdus
eſt de rigore reus.Poterit autē aliter illā poſtea proponere.Se
cus ſi dixiſſet nullā in genere,⁊ aliquam cauſam non expreſſiſſet:
qꝛ videretur omne ius deduxiſſe in iudiciū.C.de anna.excep.l.ſi.
de quo de libel.obla.c.ſi.In contrariū facit,de re iudi.cū Bertol
29 dus.❡ †Quid ſi dicatur ſentētia nulla ex alia cauſa,quā erro-
ris,vel qꝛ lata poſt appellationē,an admittantur probationes.
30 Dic ꝙ ſic.hic exprimit hec tanq̃ exēpla.❡ †Quero,cū eccleſia
non habeat maculam,neq; rugā,quare permiſit quod ligaret ſen
tentia iniuſta,per hoc dans prelatis materiam ſeuiendi?Solu.
Ut claues eccleſie in maiori reuerentia habeantur,dum timent
homines etiā ſentētias iniuſtas:⁊ ſic vt homo p meritū obediē-
tie creſcat,recognoſcens ſe ligatum iniuſta ſententia quo ad ec-
cleſiam militantem,non quo ad triumphantem.de ſenten.ex-
31 com.c.a nobis.†Quero quo iure agatur ad petendum iniuſtam
ſentētiā excōicationis.dicit Inn.ex cōdictiōe ex hac decr.vel ex
32 decre.ſacro.❡ †Facta abſolutione excōicatoꝛ petit illā decer-
ni iuſtā,⁊ excōmunicatus petit illam decerni iniuſtam.vel ſecū-
dū eū implorant ſuper hoc officiū iudicis.Ho.dicit nō curandū
33 ſecūdum ius cano.de nomine actionis.de iudi.dilecti.❡ †An
ſuper libello nullitatis poſſet ferri ſententia validitatis ſentētie.
Inno.dicit ꝙ ſi ſimpliciter nullitas eſt deducta.poteſt reus ex
quacunq; cauſa iuſtificando ſententiā,obtinere ſentētie cōfirma
tionem.Si vero actor ſuper nullitate exprimit certā cauſam di-
recto cōtrariā,poterit obtinere reus confirmationem,ſi non pe-
nitus diuerſam:adeo ſi agit de nullitate ſententie,qꝛ lata poſt ap
pellationē,poterit obtinere confirmationem,probando ꝙ lata
ante appellationē.ſed ſi agit̄ de nullitate ſentētie vt late poſt ap-
pellationē,nō obtinebit cōfirmationē ſententie vt late ante.An.

1 ☞ Delegatus non poteſt reuocare ſubdelegatum ſimpliciter da
tum,ſi ceperit vti iuriſdictione ſubdelegata.
2 Spoliatus dicitur plenarie reſtitutus,qui habet corporalem li-
beram,⁊ pacificam poſſeſſionem.
3 Adminiſtrator etiam epiſcopus non eſt remouendus ab admi-
niſtratione propter ſolam ſuſpicionem dilapidationis,ſed ei co-
adiutor eſt dandus.
4 Adminiſtrator ſuſpectus de adminiſtratione nil agere dꝫ ſine
conſilio coadiutoris.
5 Adminiſtrator propter ſolā ſuſpicionē adminiſtrationis nō ſu-
ſpenditur ab adminiſtratione ſpiritualiū,ſed temporalium.
6 Adminiſtrator non debet interdici durante queſtione ſuſpitio-
nis,ſed ſolum datur coadiutor,⁊ alienationis genus interdica-
tur.nu.7.⁊.21.
8 Delegatus in cauſa dationis coadiutoris poteſt delegare,⁊ ſic
in prouiſione eccleſie,de prelato.
9 Ea,que ſunt meri imperij,etiam ab alio,quam a principe,ſubde
legantur.
Suſpitionis cauſa eſt meri imperij,quādo ex inquiſitiōe agitur.
10 Poſſeſſoriū prouiſio ad petitoriū lꝫ non vitiet,niſi opponatur,
ſi tñ deducat̄ in mādatū vt prius poſſeſſoriū,deinde petitoriū ter
minetur,propter formā mandati ipſo iure nō valet quod agitur

11 Subdelegatus ſeruare debet ordinē datū per primū delegatum.
12 Spoliatus ſicut non poteſt accuſari,ita nec contra eum inquiri anteꝙ̄ reſtituatur.17.19.
13 Ordinis peruerſio mandati ipſo iure viciat proceſſum.
14 Caſſari dicitur quod eſt nullum.
15 Proceſſus de facto habit⁹,ꝛ null⁹,facit deſinere rē eſſe integrā.
16 Delegatus qui in totū vices ſuas ſubdelegauit,functus eſt officio ſuo.
18 Delegare inquiſitionem ſuper crimine dilapidationis ,eſt meri imperij.
20 Tutor ſuſpectus remouetur a tutela,nec ei tūc datur coadiutor.
21 Spoliatus qđ ſit reſtituendus,non procedit,vbi ſpoliato obſtat doli exceptio.
22 Adminiſtrator ſuſpectus de mala adminiſtratione futura propter preteritā malā adminiſtrationē:ſi tū de ea appareat plenarie,deponetur,ſi ſit prelatus,ꝛ cōtra eum criminaliter agetur.
23 Delegatus poteſt ea,que ſpectant ad papam,ſi faciat authoritate pape.
24 Adminiſtrator etiam prelatus,qui pro alienis debitis grauat eccleſiam,eſt ipſo iure ab adminiſtratione ſuſpenſus.
25 Delegatus,cui perſonaliter cōmittit̄ cā non poteſt ſubdelegare.
26 Contra adminiſtratorem,ſeu tutorem ſuſpectū,poteſt ſuperior ex inquiſitione procedere de dilapidatione.
27 Adminiſtrator,ſeu tutor,qui probatur ſuſpectus de futuro,ꝛ de re dilapidans,ſi velit ſatiſdare non admittitur ad adminiſtrationem,etiam propter ſatiſdationem.
28 Ad denunciandum quem ſuſpectum de adminiſtratione,ſeu tutela quis admittatur.
29 Committens vices ſuas in totū,an poſſit reuocare cōmiſſionē.
30 Delegatus ſubdelegando alteri poteſt re integra ſubdelegatum reuocare.
31 Delegari nequeūt ea,que ſunt meri imperij,vt cauſa ſuſpitionis ſecundum leges.
32 Delegando alicui quod perſonaliter exequatur,tunc cenſetur induſtria ſue perſone electa.
33 Juriſdictio quomodo perpetuetur proceſſu nullo.
34 Plenarie,verbum quid importet,vt quando mandatur qđ plenarie reſtituatur.
Reſtitutionis verbum quid importet.
35 Adminiſtratori,ſeu tutori,datur coadiutor,non tantū propter ſuſpicionem:ſed etiam propter infirmitatem,ꝛ ſenectutem.
36 Adminiſtrator,ſeu tutor,qđ nil poſſit ſine coadiutore , an ſufficiat conſilium coadiutoris dati requiri.
37 Alienationis appellatione quid contineatur.
38 Delegatus datus ſuper iniurijs,ꝛ violentijs illatis cuidam monaſterio,non poteſt per inquiſitionem procedere.
39 Inquiſitio eſt principaliter ordinata ad crimina corrigenda.
40 Uno commiſſo,intelligitur commiſſum per omnem modū,per quem alia veniunt vt acceſſoria.
41 Diſpoſitio.c.j.de reſti.ſpo.lib.vj.an habeat locū , vbi agitur de crimine per viam inquiſitionis.

1 Venerabili. ¶ † Si ſubdelegatus delegati pape ſimpliciter datus ceperit vti iuriſdictione,delegatus illum reuocare non pōt:ſed ſi ſubdelegatus ipſe contra formā apoſtolici reſcripti ꝓcedit,nullus eſt ꝓceſſus. ¶ Primo recitat formā delegationis. Scđo ſubdelegationis delegati,ibi:porro. Tertio reuocat proceſſus ſubdelegatorum,cauſaſ exprimens,ibi:quorū.
2 ¶ † No.primo qđ ille dicitur plenarie reſtitutus,qui habet corporalem,ꝛ pacificam poſſeſſionē:ꝛ ille non dicitur plenarie reſtitutus,qui hȝ poſſeſſionē nō pacificā,ꝛ liberā,vt prius habebat.cō
3 cor.c.piſanis.de reſti.ſpo . ¶ † No.ſcđo qđ ꝓpter ſolā ſuſpicionē dilapidationis epiſcopus nō eſt remouēdus ab adminiſtratiōe,
4 ſed ei dandus eſt coadiutor. ¶ † Nota tertio quod ſuſpectus de
5 adminiſtratiōe nil agere debet ſine cōſilio coadiutoris. ¶ † No. quarto:qđ propter ſolā ſuſpicionem male adminiſtratiōis quis non ſuſpenditur ab adminiſtratione ſpiritualiū,ſed ſolū tēpora-
6 liū. ¶ † Not.quinto quod durāte.q.ſuſpicionis non dȝ interdi-
7 ci adminiſtratio ſuſpecto,ſed ſolum ei coadiutor dari. ¶ † Not. ſexto qđ durāte cauſa ſuſpiciōis omne genus alienationis inter
8 dicitur. ¶ † No. qđ delegatus in cauſa dationis coadiutoris poteſt delegare,ꝛ ſic in prouiſione eccleſie de prelato,licet videatur electa induſtria,q: ille efficitur maritus.j.c.ſi.non tamen in prouiſione eccleſie de coadiutore.ꝛ idem dicerem de alio procurato-
9 re,vel ſyndico. ¶ † No.qđ ea,que ſunt meri imperij,etiā ab alio, quā a principe,ſubdelegātur:nā cā ſuſpicionis eſt meri imperij, quando ex inquiſitione agitur.l.j.ff.de offi.eius,cui man.eſt iu-
10 riſdictio. ¶ † Not.quod licet prouiſio poſſeſſorij petitorium non vitiet,niſi opponatur,ſi tamen deducatur in mandatū,vt prius poſſeſſoriū,deinde petitorium terminetur,propter formā mandati nō valet qđ agitur ipſo iure.cōcor.de reſcriptis.cū dilecta.ꝛ ſic nota qđ expreſſio eorū,que inſunt,eo qđ exprimitur faciens for-
11 mam aliquid operatur. ¶ † No.qđ ordo datus per primum de-
12 legantem ſeruandus eſt per ſubdelegatum. ¶ † No.qđ ſicut ſpoliatus non poteſt accuſari ita nec cōtra eū inquiri anteꝙ̄ reſtituatur. ¶ Uel aliter.No.qđ contra ſpoliatum omnibus bonis non poteſt queſtio criminalis incētari,etiā per viā inquiſitionis ante plenariā reſtitutionē.ſic extēde.c.frequēs.de reſtitu.ſpolia.in.vj.
13 ¶ † No.qđ peruerſio ordinis mandati ipſo iure vitiat proceſſū qđ dicit verum Jnn.quando mandatur ſtudioſe ſeruari.adē no-
14 ta.ā.cap.prudentiam. ¶ † No.qđ id dicitur caſſari,qđ eſt nullū.
15 ꝛ ſic verbū caſſari,referri poteſt ad caſſationē de facto. ¶ † Not. qđ proceſſus de facto habitus,ꝛ nullus,facit deſinere rē eſſe integram quo ad impediendam poteſtatem reuocantis re integra.
16 ¶ † Not.qđ delegatus,qui in totum delegauit vices ſuas,functus eſt officio,vt non poſſit reuocare ſubdelegatum,ſi ſubdelegatus aliquid egit etiam de facto,ꝛ ſic nec alteri poteſt delegare.
17 † Ratio nullitatis proceſſus quo ad abbatem,quia abbas proceſſit contra formā mandati,vel quia contra ſpoliatum eſt proceſſum,eo nō reſtituto:q: ſicut nec poteſt accuſari,ita nec contra eū inquiri.prima,verior,ſecundū Jnn. ¶ Ratio nullitatis pro-
18 ceſſus quo ad theſaurariū,fuit defectus poteſtatis. ¶ † Oppo. qđ non debuit papa delegare inquiſitionem ſuper crimine dilapidationis,cū ſit meri imperij:ergo nō delegabis.l.j.de off.eius, cui manda.eſt iuriſdi.ꝛ de offi.ordi.paſtoralis.primo reſponſo.
19 ¶ † Ad gl.quero de rōne reſtitutionis mādate anteꝙ̄ de cā cognoſcat. Ratio,q: plenarie ſpoliatus ad corporalia ꝛ incorporalia eſt reſtituēd⁹ anteꝙ̄ audiat aliqua qōſtio criminalis,vel ciuilis deſcendens ex crimine.iij.q.j.ꝛ.ij.per totū.de reſtitu . ſpolia.c.in literis.cū ſi.etiā ſi agatur in modū inquiſitionis.qđ verū hodie, ſi ſpoliatus eſt omnibus bonis,vel maiori parte bonorū:vt in.c.
20 frequens.de reſtitu.ſpolia.lib.vj. ¶ † Ad glo.ij.opp.dupliciter, vt in ipſa. Primo videtur qđ ſuſpectus ſit remouendus,non tū dandus,ei coadiutor. Unde opp.iij.q.ij.q: ea.C.de ſuſpec.tuto.
21 Leum,quē.vbi tutor propter ſuſpicionē remouetur a tutela. Secundo videtur qđ iſte nō poſſit petere reſtitutionem,quia ſi probatur ſuſpectus,eſt remouendus:ergo ei obſtat exceptio doli.facit.ff.de re iud.l.dolo.ꝛ ſic iſte nō potuit ſe petere reſtitui,ex quo ſtatim venit remouendus:ꝛ propterea nō debuit hic attendi ſpoliatio. Sol.dic ad primū cōtrariū videtur procedere de iure antiquo,hic de iure nouo:quo caſu ſeruabitur quod pendente ſuſpicione datur coadiutor,ꝛ interdicitur alienatio:ſi ſit probata ſuſpicio,tunc remouetur. Jnn.hic aliter dixit,qđ quādoqȝ aliquis prelatus eſt eiectus per laicalē poteſtatem:ꝛ tunc talis nō debet remoueri ab adminiſtratione,non ſolū ante probationē ſuſpitionis.quinimo nec poſt probationē ſuſpitionis,vt hic . quandoqȝ nō eſt eiectus per laicalem poteſtatē:ꝛ tunc dicendū qđ debet penitus amoueri ab adminiſtratione vt.c.lȝ heli.j.de ſimo. ꝛ.iij q.ij.quia ea. ¶ Alij aliter dixerunt qđ hic non dicitur qđ remoueatur ab adminiſtratione ſed qđ hic non dicitur qđ remoueatur ab adminiſtratione ſed qđ debet dari coadiutor.ex quo aūt probata fuerit dilapidatio locus erit depoſitioni:vt in decre. licet. Jo.an.dicit hic qđ quandoqȝ prelatus eſt ſuſpectus de dilapidatione preterita tātū:ꝛ tūc dat̄ coadiutor,ꝛ poſt inquiret̄ de veritate,qua comperta deponetur. quandoqȝ eſt ſuſpectus de futura propter preteritā,de qua conſtat:ꝛ tunc procedit gl.ſ.qđ remouendus eſt. Jnn.ꝛ Jo.an.c.licet.aliter dixerunt,ꝛ plenius vt ibi poteſt videri.ꝛ ideo concludendo dic ta glo.ꝛ docto.hic,ꝛ ibi.
¶ Cum queritur an prelatus accuſetur tanꝙ̄ ſuſpectus,ſeu nunciatur de dilapidatione,qualiter ſit contra eum procedendū , ſic eſt diſtinguendum,qđ aut prelatus fuit ratione dicte ſuſpiciōis per laicalem potentiam ſpoliatus:ꝛ iſto caſu etiam probata ſuſpitione ab adminiſtratione non eſt, remouendus , ſed dandus eſt ei coadiutor quo ad temporalia tantum,ſecundum Jnn. hic.aut non fuit ſpoliatus per laicalem potentiam:ꝛ tūc aut agitur vt deponat̄ occaſione male adminiſtrationis facte,ꝛ ſic quo ad preteritū cauſat̄ ſuſpicio tantū:ꝛ iſto caſu nō eſt ſuſpēdēdus ab adminiſtratione,ſed dandus eſt ei coadiutor vt hic,inchoato iudicio contra eum quod intelligo vbi merito eſt de dilapidatione ſuſpectus:q: de hoc eſt aliqua vehemens preſumptio,vel ſummarie eſt cognitū,iuxta no.in.c.licet heli.j.de ſimo.probata veritate dilapidationis ſi agitur criminaliter non ſolum remouebitur ab adminiſtratione,ſed etiā deponetur ab ordine,iuxta no. in.c.diaconi.xij.q.ij.ꝛ in.c.qualiter,ꝛ quando.el.ij.j.de accuſa.ſi ciuiliter tunc remouendus eſt ab adminiſtratione tātum,ꝛ perpetuo,iuxta no.iij.q.ij.q: ea.ſi autē de veritate non probaretur, tunc non deponitur ab adminiſtratione,nec etiam ab ordine:ſi tamen negaret infamatus debet ſe purgare,iuxta no.in.d.c.licet heli.ꝛ remouendus coadiutor datus,per ibi no. Si vero agitur contra prelatum,eo q: habetur ſuſpectus de dilapidatione futura,

ta.ratione male adminiſtrationis:⁊ tunc aut conſtat de dilapi-
datiõe futura ratiõe male adminiſtratiões.aut cõſtat de dilapi-
datiõe preterita per plenã probationem,⁊ ſic plenarie fuit cogni
tum:⁊ ſi agitur criminaliter deponitur etiam ab ordine.vt dicto
c.diaconi.Si agitur ciuiliter,tunc remouetur ab adminiſtratio-
ne,⁊ perpetuo.⁊ attẽde:q2 iſto caſu remouetur ab adminiſtratio
ne temporalium,⁊ ſpiritualium indiſtincte:qđ non eſt in caſu ſe-
quẽti,iuxta no.in.c.licet heli.⁊ in.c.qualiter,⁊ quando.el.ij.j.de
accu.nec iſto caſu habebit executionem ordinis, cum remaneat
infamatus per ſententiam.l.ſi.C.de ſuſpe.tuto.⁊ ſic fit notoriũ:vt
c.ſi.de tempo.ordi.⁊.c.veſtra.de coha.cleri.⁊ mulie.¶ Aut non
cõſtet de preterita per plenariam probationẽ,ſed bene per ſum-
mariam cognitionẽ,⁊ ſubeſt preſumptio vehemens cõtra ipſum
prelatum de dilapidatione:vel ſi permittatur perſeuerare in ad-
miniſtratiõe,impeditur proceſſus ſuper veritate criminis,⁊ his
caſibus pendẽte ſuper ipſius criminis veritate iudicio,ſuſpendẽ
dus eſt ab adminiſtratiõe:vt dicto ca.q2 ea.ij.q.ij.⁊ iſto caſu erit
ſuſpenſus ab adminiſtratione temporalium,⁊ ſpiritualium.iu-
xta not.in.c.licet heli.qua probata deponetur: vt.ſ.⁊ ipſa non
probata tolleretur ſuſpenſio. ſi tamen remanet infamatus,te-
netur ſe purgare,iuxta nota.in dicto.c.licet heli.in omni autem
trium caſuum predictorum tene qđ inſtituto iudicio omne ge-
nus alienationis eſt interdicendũ ipſi accuſato:vt in.c.ſi.j.de ac-
cu.Videte,iſta ſo.male loquitur,ſed bene voluit loqui . aliud eſt
probare quẽ dilapidatorẽ vere,aliud eſt probare quẽ non eſſe di-
lapidatorẽ,ſed eſſe ſuſpectũ.ſi cõſtat de veritate dilapidationis,
tunc remouetur:q2 iã cõſtat qđ vere eſt dilapidator,⁊ conſtat pre
ſumptiue de dilapidatione futura,⁊ ſic eſt ſuſpectus.Si ſolũ cõ-
ſtat de ſuſpicione,⁊ non conſtat de dilapidatione,nõ remouetur
ab adminiſtratione.Si aũt eſt ſuſpectus probatus,⁊ de dilapi-
datione preterita tantũ,adhuc nõ remouetur,ſed datur coadiu-
tor:ſi eſt probatus ſuſpectus de dilapidatione futura ꝓpter pre-
teritã,de qua cõſtet,remouetur,vt dicit gl.dico aliter qđ ſi pẽdet
ſola accuſatio,⁊ nulla eſt ſuſpicio de mala adminiſtratiõe,nec pre
terita,nec preſenti contra prelatũ,nõ remouetur,nec datur coad
iutor:ſed ſtatim cũ inchoatur inquiſitio,interdicitur ei poteſtas
alienandi.de accu.c.ſi.Si autem pẽdet accuſatio,⁊ eſt ſuſpectus
de mala adminiſtratione preterita,⁊ ſic probatur ſolũ de prete-
rita.ſuper qua iudex ſe informauit ſummarie,⁊ hoc ꝯſtito dꝫ da
ri coadiutor:ſed ſtatiꝫ cũ inchoatur inquiſitio,interdicitur ei po
22 teſtas alienandi.de accuſa.c.finali.¶ †Si aũt pendet accuſatio,
⁊ eſt ſuſpectus de mala adminiſtratione preterita,⁊ ſic probatur
ſolũ de preterita,ſup qua iudex ſe informauit ſummarie,⁊ hoc cõ
ſtito dꝫ dari coadiutor,vt hic.Si aũt eſt ſuſpectus de mala admi
niſtratione futura propter preteritam malã adminiſtrationẽ.de
qua conſtat.aduerte quomodo cõſtet,ſi de ea cõſtet plenarie,dic
qđ deponetur: vt.xij.q.ij.diaconi.⁊.j.de accu. qualiter.ij.aliter
ibi dicit Arc.qđ aut agitur criminaliter:⁊ deponitur.aut agitur
ciuiliter,⁊ ab adminiſtratione tantũ remouetur.Si aũt de ea cõ
ſtet ſummarie,interim remouetur,id eſt,ſuſpenditur ab admini-
ſtratione,vt hic eſt caſus,⁊ in.c.q2 ea.ij.q.ij.videtur ergo cõclu-
dendũ qđ aut petitur remoueri ratione dilapidationis cõmiſſe
propter preteritũ tantũ.Ad ſecundũ contrarium de regula,do
lo facie.gl.non reſpondet.dic qđ illa nõ habet locũ in poſſeſſoriis
23 recuperande.j.de reſtitu.ſpolia.in literis.⁊ ibi no.¶ †Oppo.qđ
delegatus nullo modo potuerit dare coadiutorẽ epiſcopo,q2 hoc
ꝑtinet ad papã.de cler.egr.c.vno.li.vj.Sol.hoc fecit authorita-
te pape.expedita gl.vſqꝫ ad ver.⁊ etiam.gl.ibi aliqua interponit.
24 ¶ Vado ad ver.⁊ qui eccleſiam.¶ †Opp.qđ ſit ſuſpenſus ipſo
iure.de ſolu.c.quoniã.Sol.ibi loquitur in illo,qui pro alienis
debitis eccleſiã aggrauat ſeu obligat,ſed hic in alio,ſ.in ad-
25 miniſtratore ſuſpecto.¶ †Opp.qđ non poterit archiepiſcopus
ſubdelegare inquiſitionẽ ſibi cõmiſſam.j.e.c.ſi.Sol.ibi loquitur
quando cõmittitur vt perſonaliter inquirat:ſecus ſi ſimpliciter,
26 vt hic.¶ †Quero an ex officio ſuperior poſſit procedere ex in-
quiſitione contra ſuſpectũ de dilapidatione.dic qđ ſic.ff.de ſu-
27 ſpectis tuto.l.iij.§.preterea.¶ †Quid ſi probatur ſuſpectus de
futuro,⁊ vere dilapidans velit ſatiſdare,an debeat admitti pro-
pter ſatiſdationẽ.Reſpondeo qđ nõ,q2 illa ſatiſdatio non mutat
maleuolũ animum ipſius male adminiſtrantis.ff.de ſuſpec.tu
28 to.l.q2.¶ †Querit eadẽ gl.quis admittitur ad denuntiandum
quem ſuſpectum.videtur qđ quilibet.in authen.de non alie.aut
permu.§.hoc vobis.⁊ de ſuſpec.tu.l.pietatis.probabilius dicit
gl.qđ debẽt admitti quorum intereſt.xvj.q.vj.filijs.ac nepoti-
bus.vel ſaltẽ ſoli clerici admittantur.xij.q.ij.non liceat.vnde cõ-
cludit gl.qđ admitteret illos parochia:q2 illorum intereſt.Joã.
an.dicit quãlibet eccleſiaſticam perſonam admittendam.de re.
eccle.nõ alie.ſi quis preſbyterorum.vide qđ no.de teſti.ex parte
Ade.⁊ vide gl.j.de ſimo.licet hely.de accu.ſuper his.⁊ gl.de ele.
29 vt circa.lib.vj.¶ †Quero an cõmittens vices ſuas in totũ poſ-
ſit reuocare cõmiſſionem ſicut delegatus.dicit qđ non,vt hic eſt
caſus,eo qđ vti ceperit iuriſdictione:vt no.eo.ti.plures.libro.vj.
30 in vltima gl.de hoc hodie caſus in.c.quamuis.e.ti.li.vj.¶ †Cõtra
hoc oppo.qđ potuit reuocare ſubdelegando alteri:quia res erat
adhuc integra:nõ enim apparet,cũ ſecundo delegauit,qđ proceſ
ſiſſet in aliquo primus ſubdelegatus.pro hoc.c.quamuis.eo.ti.libro
vj.Sol.dico qđ ſatis apparet per ordinẽ litere qđ ſubdelegatus
primus viſus fuerit iuriſdictione ante ſecundã ſubdelegationẽ,
⁊ ſuppoſitionẽ,per dictũ.c.quamuis.per qđ deciditur id qđ not.hic
glo.penultima.glo.poſtmodũ proſequitur generalia.vide per te.
31 ¶ Poſt gl.opp.qđ non potuerit delegari cauſa ſuſpicionis,q2
meri imperij eſt.ff.de off.eius,cui manda.eſt iuriſ.l.j.Solu.id ſe-
cundũ leges,hoc ſecundum canones:quia ea,que ſunt meri im-
perij,delegantur ſecundum canones.ſ.ca.ex literis.ſic ⁊ ea , que
32 meri,vt hic,⁊.j.de offi.deleg.paſtoralis.j.reſpõſo. ¶ †Opp.qđ
datio,⁊ electio coadiutoris,non poſſit delegari:quia in commit
tendo videtur electa induſtria perſone delegantis.j.ca.ſi.vbi da-
tur optio perſone ad prouiſionem eccleſie.Sol.ſi in reſcripto eſt
dictum qđ perſonaliter exequatur,bene videtur electa induſtria,
alias non,vt hic.vel hic nõ erat intitulatus eccleſie ,ſed ſimplex
33 coadiutor.vel dic vt ibi.¶ †Opp.tertio quod proceſſu nullo nõ
perpetuetur iuriſdictio,iuxta no.ſ.c.licet.j.e.cum plures.lib.vj.
cuius contrarium hic patet,quia cum iuriſdictio totaliter tranſ
lata poſſit reuocari.eo.ti.c.quamuis.⁊ hic impediatur reuocatio ꝓ-
pter proceſſum abbatis,patet quod proceſſu nullo perpetuatur
iuriſdictio.⁊ hanc opi.tenet Ho.⁊ ponit.ſ.c.licet,pro quo multũ
facit iſte tex.Sed reſpondet hic Joan.an.qđ putat qđ aliquem
actum validum fecit ſuper ſpoliatione,puta citando imperato-
torem,de quo in prima glo.vel ei mandando qđ mandabatur,a
quo poſtea deſtitit imperatoris fauore,vel ob aliã cauſam,⁊ in-
quiſiuit de ſuſpiciõe,vel proceſſit ſimul ſuper vtroqꝫ.de iudicijs.
exhibita.vel fecit aliquem actum licitum vtrique articulo reſtitu-
tionis,⁊ inquiſitionis cõmunem,ſeu conuenientem,ſcilicet ſub-
delegationem publicari,iubendo ſcribam,⁊ notariũ cauſe eligen
do iuramentum ab ipſo exigendo,vel ſimil.⁊ ex ipſo actu,qui
tenuit,inducta fuit perpetuatio.⁊ hoc eſt ſatis veriſimile,licet ex
antiqua non pateat.Fran.Zaba.dicit qđ refert querere an perpe-
tuetur iuriſdictio delegati,vt non extinguatur morte mandan-
tis ⁊ tunc requiritur qđ vti ceperit,⁊ aliquid fecerit,quod ſit va-
lidum.ita loquitur.c.licet.⁊.c.gratum.ſ.eo.Si autem queritur
ad impediendã reuocationẽ expreſſam,vt.ſ.delegatus,qui dele-
gauit in totum,reuocare non poſſit,loquitur hec litera quod viſus
fuerit ſubdelegatus,etiã ſi actus nõ teneat.Pro hoc.c.quamuis.e.ti.
libro.vj.ibi:viſus fueris.Vti enim,ſapit factũ.Sed dicit ipſe qđ
hec diſtinctio tollatur per.c.licet,q2 ibi etiã vtitur tali verbo,ſcꝫ
ceperit vti.Propterea dicit ipſe qđ poterimus tenere opi.Hoſt.
vt actus,qui nõ tenet,dũmodo teneat ratione iuriſdictionis,ꝑ-
petuet iuriſdictionem:q2 negari nequit quin vti ceperit.Pro hoc
ſicut dicimus qđ ſponſalia,que non tenent,ſi ſunt valida ex cõ-
ſenſu,inducũt publice honeſtatis iuſtitiã.de ſpon.c.vno.lib.vj.
modo in caſu noſtro bene tenuit proceſſus ratione iuriſdictionis,
licet fuerit nullus,q2 forma nõ ſeruata.Et hoc videtur omnino ſub
34 tile motiuũ.¶ †Quero quid importet verbũ plenarie.dic qđ cõ-
prehendat reſtitutionẽ mobilium,⁊ immobilium,⁊ fructuum.di-
cit Inn.qđ verbũ reſtitutionis,etiã non addito verbo plenarie,
ſatis hoc importat:q2 verbum reſtituendi,plenam habet ſignifi-
cationẽ.ff.de vſuris.l.videamus.§.in Fauiana.⁊ in verbo reſtitu
tionis continetur omnis vtilitas.ff.de verb.ſignifi.l.preto2.§.cum
35 fructuũ.¶ †Gl.coadiutorem,oppo.quod non tantum propter ſu-
ſpitionem,ſed etiam propter infirmitatem,⁊ ſenectutem detur co-
36 adiutor.vij.q.j.ſcripſit.Solu.datur vtraque cauſa.¶ †Quero cũ
gl.in verbo,cuius conſilio.an ſufficiat conſiliũ coadiutoris dati
requiri,an vero debeat ſequi,⁊ habere cõſenſum. Glo.quod ſic,
Sed obſt.de arbitris.c.ũ olim.Dic iſtud propter formã arbitrij.
qui ibi nõ eſt particeps officij:⁊ tunc ſufficit cõſiliũ requiri,⁊ de-
bito tẽpore expectare,vt ibi:ſꝫ hic coadiutor eſt particeps admi
niſtrationis:vnde debet etiã facere cum conſenſu,⁊ ſequi cõſiliũ:
ad eius enim officiũ ſpectat.ibi non,vt dixi.Jde docto.in.l.j.§.
ſi plures.ff.de exercitoria.Vide in Specu.de requiſitione conſi-
37 lij.erga principiũ.¶ †Quid cõtinetur appellatione alienationis.
gl.quod ſtricte loquẽdo continet alienationẽ,per quã dominiũ
transfertur,hic late intelligitur.Vnde dicit hic Hoſtiẽ.quod vt
verbum aliud operetur,ſic vniuerſaliter prolatũ,etiam terrulas
alienare non poterit in caſibus permiſſis.xij.q.ij.in ſumma.res
38 tũ,que ſeruando ſeruari nõ poſſunt,poterit alienare. ¶ †Quid
de villicatore, an ei alienatio ſit interdicta. Innocen . quod ſic.
Idem de mandatario de electio.is,cui.libro.vj. ¶ Oppo.quod
non ſit ſententia ceſſanda,ſed nulla,quia contra formam,vel la-
ta a non habente poteſtatem.gloſ.exponit,id eſt,caſſos. ¶ Pri
mo hic agitur de effectu ſuſpitionis,⁊ de ſuſpitiõe prelati in ma

38 la adminiſtratione. ¶ †Ultimo induco hanc decre. ad queſtio-
nem facti. datus fuit delegatus ſuper iniuriis & violētiis illatis
cuidā monaſterio, nunquid poterit per inquiſitionē pcedere. dic
q̄ nō: q2 ad id, q̄ pncipaliter concernit intereſſe priuatū, per
inquiſitionem procedi non poteſt, vt notat, ſingulariter Inn. de
39 iureiur. ad noſtram. §. †nam inquiſitio principaliter ordinata eſt
ad corrigenda crimina: vt. e. qualiter. ij. de accuſ. §. ad corrigēdos.
pro hoc, q2 iudex non ſupplet in facto cōcernente partes. ſ. de po
ſtu. c. bone. & ſi dicas, cū agatur de bonis eccleſie, ſuperior ex offi-
cio puidere poteſt: q2 in hoc vertitur publica vtilitas. ad hoc de
ſucceſ. ab inteſtato. c. ſi. dico, quicquid ſit de ordinario, de delega
to, q̄ certū eſt q̄ reſcriptum non cōprehendit niſi rem familia-
rem, nō autē q̄ poſſit procedi ſuper crimine. ſi aliud nō exprimi
tur. q̄ no. Inn. ſ. c. cum olim. ¶ Nec ob. hoc. c. q̄ dicit q̄ pa-
pa mandauit delegato vt inueſtigaret de dilapidatione, vt infra
patet, q̄ per inquiſitionē proceſſuz fuit id inquirēdo: q2 dico q̄
late refert an papa deleget cauſam ſuper violētia ad inſtātiā ſpo
liati, vt in queſtione, an deleget ad nullius inſtantiam ſuper cri-
mine violentie. Secundo enim caſu intelligitur cōmittere inqui
ſitionē. hoc probat ſingulariter hec litera, q̄ poſſit procedere in-
quirendo: & ad hoc no. ſed in primo caſu dico ſecus, per rationes
40 ſuperiores. †Sed ob. c. ſ. e. c. preterea. vbi dicit q̄ vno cōmiſſo,
intelligit cōmiſſuz p omnē modū, per quē alia venit. Dico q̄
veniūt acceſſoria, q̄ cōprehendi poſſunt in verbis reſcripti, & nō
alia, vt ibi. & ideo nō venit inquiſitio. de hoc p Fede. de ſenis ſuo
cōſi. ccxvj. vbi refert quēdā dominū Conradum tenuiſſe cōtra-
riū per hoc. c. vbi papa mandauit inquiri de dilapidatione. Itez
q2 vno cōmiſſo, &c. ſ. eo. c. preterea. Item q2 debet intelligi datus
per omnem modū, per quem violentie excludantur: vt in authē.
vt nulli iudi. §. & hec. & in authē. de colla. §. iubemus iudices. Ad
hoc dictū Inn. de accuſa. cum oporteat. vbi dicit q̄ nō tātum
per inquiſitionē punietur crimen, ſed etiam reſtituitur damnum
41 per. c. ſi. vt lite nō cōteſt. §. ſunt & alij. ¶ †Ultimo hic queri pōt
an diſpoſitio. c. i. de reſti. ſpolia. lib. vj. habeat locum etiā vbi agi
tur de crimine per viam inquiſitionis. Io. an. in. c. i. preal. format
hanc queſtionē in nouella, & refert quēdā diſputaſſe queſtionem,
& determinaſſe quod nō. & mouetur ipſe, q2 decre. loquitur de ac-
cuſatione: ergo cum ſit exorbitans, debet intelligi ſolum prout lo
quitur. ad hāc decre. reſpondet q̄ hic proceſſus fuit caſſatus, q2
proceſſum fuit per viā inquiſitionis: que ſolu. eſt falſa, vt patet ex
textu. nam hic fuit caſſatus, q2 non fuit ſeruata forma mandati.
Secūdo reſpondet q̄ hic promouens inquiſitionē fuit ille, qui
ſpoliauerat. hec falſa, vt patet in gl. prima. & ideo tene q̄ illud ca.
procedit etiam ſi agatur de crimine per modū inquiſitionis, cō-
ſiderata ratione ibi poſita. q̄ etiam probat textus noſter.

1 Delegatus. qui pronuntiauit ſe iuriſdictionem non habere,
etiam de conſenſu partium cauſam non reaſſumit.
2 Mater agere poteſt in cauſa filij.
3 Delegatio cauſe inter laicos ad petitionem miſerabilis perſone
non pauperis, non eſt nulla, ſed pendet validitas ex negligentia,
vel non negligentia ordinarij.
4 Surreptio dependens ex facto iuriſdictionem ſuſpendēte, & non
annullante, non reddit literas nullas, ſed ſuſpenſas.
5 Laicum ſubmittit iuriſdictioni eccleſie ſola viduitas, vel miſera
bilitas perſone cum paupertate concurrente.
6 Reſcriptum vitiat falſitas qualitatis perſone, ſed non vitiat eo
reſpectu, quo reſcribens alias erat conceſſurus.
7 Iuriſdictionē non habens principaliter, ſed in ſubſidium, ſi prin
cipaliter ſe pronuntiat incompetentem, omni reſpectu perdit iu-
riſdictionem.
8 Sententia ſuper iudicis incompetentia eſt interlocutoria.
9 Promiſſio de reſpondendo coram iudice alias iuriſdictionē non
habente, non obligat promittentem, nec iuriſdictionem prorogat.
10 Promiſſio de reſpondendo ad examen primi iudicis, cuius iu-
riſdictio eſt extincta, videtur facta reſpectu prime qualitatis iu-
riſdictionis & non tanq̄ in arbitrum.
11 Sententia interlocutoria habens vim diffinitiue, & que totaliter
extinguit iudicis officiū, non poteſt cōtrario imperio reuocari.
12 Surreptio licet non vitiet ipſo iure, ſi tamen pronuntiatur pro
exceptione ſurreptionis, pronuntiantes priuantur iuriſdictione
ipſo iure.
13 Iudex quomodo videatur tacite ſe competentem pronuntiare.
14 Appellari poteſt a iudicibus, etiā per appellantem impetrātis.
15 Iuriſdictio iudicis nullatenus iuriſdictionem habentis nullate
nus poteſt prorogari.
16 Pactum de litigando coram iudice incompetenti, nullatenus
partes adſtringit.
17 Uiduarum, pupillorum, & miſerabilium perſonarum cauſe an
poſſint terminari per iudicem eccleſiaſticum. nu. ſeq.
18 Iudicis ordinarij, vel ſecularis negligentia, ſi delegetur cauſa
principaliter inter laicos, an delegatio ſit nulla.
19 Iudex ſecularis vel ordinarius, ſi in cauſa deuoluta ad iudicem
eccleſiaſticum propter eius negligentiam procedat ad requiſitio
nem iudicis eccleſiaſtici, an poterit compelli per eundem eccleſia
ſticum vt breuiores det dilationes.
20 Iudicis ordinarij negligentia poteſt alter iudex etiam incompe
tens indiſtincte de cauſa cognoſcere.
21 Pauper, vel miſerabilis perſona que dicatur.
22 Miſerabilis perſona que ſit.
23 Pupilli, orphani, & vidue quod habeant priuilegium quo ad vo
candum aliquos in ius.
24 Iudicē non poteſt facere partium conſenſus, qui non eſt. nu. 29.
25 Reſcriptum impetrans mulier vidua ſimpliciter ad iudicem ec
cleſiaſticum, tacito q̄ ſit pauper, q̄ tamen ſi ex certa ſcientia ſe-
dixiſſet pauperem, doloſe videretur hoc facere, vt etiam negligē
te ſeculari procedere non potuiſſet, valet illud reſcriptum.
26 Reſcriptum a miſerabili perſona impetratum ad iudicem eccle
ſiaſticum valet, licet habeat impetrans ſuum iudicem laicum
competentem.
27 Cōpromiſſum quādo nō faciat expirare iuriſdictionē ordinarij.
28 Arbiter negligens procedere, poteſt compelli per partes ad pro-
cedendum, etiam poſt terminum, vbi partes in eum compromit
tunt de nouo.
29 Compromitti non poteſt in iudicem non ſuum, etiam cuz pena,
vbi iudex non eſt, nec eſſe poteſt etiam, cum pena.
30 Iuriſdictio quomodo tribui poteſt pacto priuatorum. nu. 31.
31 Forum q̄ ratione contractus quis ſortiatur vt ratione deſtina-
te ſolutionis, vel alias, intelligitur quod ibi poſſit conueniri, ſi
ibi reperiatur.

1 SIgnificantibus. ¶ †Delegatus. qui pronūciauit
ſe iuriſdictionē nō habere, etiā de cōſenſu partiū cāin
non reaſſumit. ¶ Primo, appellantis narrat factū.
2 Secundo, dat iudices. ibi: ideoq3. ¶ †No. q̄ mater poteſt age-
3 re in cauſa filij. ¶ †No. q̄ delegatio cauſe inter laicos ad peti-
tionem miſerabilis perſone nō pauperis, nō eſt nulla, ſed pendet
validitas ex negligentia, vel nō negligentia ordinarij. concor. q̄
not. in. c. licet. & in. c. ex tenore. de fo. compe. & in. c. ex parte. B.
4 ¶ †No. tertio q̄ ſurreptio dependens ex facto iuriſdictionem
ſuſpendēte, & nō annullāte: nō reddit literas nullas, ſed ſuſpēſas.
5 ¶ †No. quarto q̄ ſola viduitas, vel miſerabilitas perſone laicū
non ſubmittit iuriſdictioni eccleſie niſi concurrat paupertas.
6 ¶ †No. quinto q̄ falſitas qualitatis perſone vitiat reſcriptum,
ſed non vitiat reſpectu quo papa alias erat cōceſſurus. & ſic vide
tur q̄ ſurreptio etiam certa ſcientia non impediat literas vt pro-
7 cedatur informationi. ¶ †Sexto no. quod nō habens iuriſdi-
ctionem principaliter, ſed in ſubſidiū, ſi ſimpliciter ſe pronuntiat
8 incōpetentem, omni reſpectu perdit iuriſdictionē. ¶ †No. ſepti-
mo q̄ ſententia ſuper iudicis incompetentia eſt interlocutoria.
9 ¶ †No. octauo q̄ promiſſio de reſpondendo corā iudice alias
iuriſdictionem non habente non obligat pmittentē, nec iuriſdi-
10 ctionē progat. ¶ †No. nono, q̄ promiſſio de reſpōdēdo ad exa
mē primi iudicis, cuius iuriſdictio eſt extincta, videtur facta re-
ſpectu prime qualitatis iuriſdictionis, & non tanq̄ in arbitrium.
11 ¶ †No. decimo q̄ ſententia interlocutoria habens vim diffini
tiue, & que totaliter extinguit iudicis officium, non poteſt cōtra-
12 rio imperio reuocari. ¶ †No. vndecimo q̄ licet ſurreptio nō vi
tiet ipſo iure, ſi tamen pnunciatur pro exceptione ſurreptionis,
pronuntiantes priuantur iuriſdictione ipſo iure. hoc patet, q2 ſi
ſi poſt pronūciationē iſti haberent iuriſdictionē, licet eliſam, poſ
13 ſet prorogari. cuius cōtrariū dicit tex. ergo non habent. ¶ †No.
duodecimo practicā pronuntiādi ſuper iudicis incompetentia:
q2 iudex pronuntiauit ſe vlterius procedere non debere per tales
14 literas ¶ †No. q̄ a iudicibus etiam per appellantem impetra-
15 tis poteſt appellari. ¶ †No. q̄ iuriſdictio iudicio nullatenus iu
16 riſdictionem habentis non poteſt prorogari. ¶ †Not. q̄ pactū
de litigando corā iudice funditus iuriſdictionē nō habente, nō
adſtringit partes & ſic pactū circa non dependentia a poteſtate
17 paciſcentium non valet. ¶ †Ad glo. opp. pro prima glo. q̄ hic
valuerit delegatio, & nō fuerit aliqua ſurreptio: q2 cauſa viduarū
ſpectat ad eccleſiam principaliter. de foro cōpeten. ex parte. B. &
c. ex tenore. & c. licet. Solu. Fatendū eſt cōtrarium: q2 nō ſolum
quando eſt vidua, & diues. imo etiā ſi vidua eſt, & pauper oppreſ-
ſa pcedit, q̄ nō ſubeſt eccleſie principaliter, ſz ſub iudicio regis,
ſiue ſui ordinarij. xxiij. q. v. c. regnum. ſi. q̄. iij. c. ab imperatori-
bus. & C. quando imperator inter pupi. l. vna. ſecundario ad ec-
cleſiam. xxiij. q. v. c. adminiſtratores. vel negligente ſeculari. vt in
18 c. licet. & in. c. ex tenore. ¶ †Aduerte tamen ad vnum, quia
dubiū eſt, an ſi delegetur cauſa principaliter inter laicos, an dele
gatio

gatio ſit nulla, ita qđ recõualeſcit poſtea negligẽte ſeculari, an ve ro annullanda, ita qđ ſeculari negligente ſine alia interpretatio ne poſſit procedi virtute illarum literarũ, ſunt opi. in. d. c. ex teno re. ⁊ c. licet. quas etiam hic recitat Inn. Quidã dicunt qđ litere nõ valẽt, niſi primo cõſtet de negligẽtia, ⁊ poſtea impetretur. Alij cõtra. cõmunis opi. ſi impetrate ſunt litere a nõ miſerabili perſo na, nõ valet ipſo iure, niſi ꝓcedat negligẽtia. Si a miſerabili per ſona, tũc ſtant in ſuſpenſo: vt ſi ſciretur an hoc voluerit agere, ſci licet iudex, an non. vt ſi ſit negligens, reaſſumat vi primi reſcripti iuriſdictionẽ, alias nõ. ⁊ hec eſt opi. cõis. ¶ Secũdus caſus, quã do miſerabilis perſona eſt pauper: ⁊ tunc principaliter ſubiecta eſt eccleſie, vt hic a contrario. ¶ Tertius caſus, qñ eſt miſerabi lis, ſcilicet quĩ pauper oppreſſa, q; ſpoliata, ⁊ ſic aliquod delictuȝ cõtra eã eſt cõmiſſum: ⁊ tunc bene principaliter eſt eccleſie ſubie cta. ⁊ hic eſt caſus in dicto c. ex parte B. in gl. ſi. ¶ Tu dic qđ ſi perſona eſt miſerabilis, ⁊ oppreſſa, vel miſerabilis, ⁊ pauper, de hac immediate cognoſcit eccleſia, vt hic. Idẽ ſi ſit miſerabilis, ⁊ oppreſſa: vt in. c. ex parte B. de fo. cõpeten. alias nõ, niſi in ſubſi diũ negligẽtie ſecularis: vt in. c. ex tenore. ĩ. de fo. cõpe. Si eſt miſe rabilis tantũ. tunc in hoc eſt differẽtia inter miſerabilẽ, ⁊ nõ mi ſerabilem: q; licet in vtraq; in cõſequẽtiã detur poteſtas eccleſia ſtico iudici, datur tamen in miſerabili immediate quocunq; ſuo iudice negligente, vt hic: ſed in non miſerabili demũ omnibus ſu perioribus negligentibus: vt in dicto. c. licet. ⁊ dixit hic Innocẽ. ¶ Itẽ eſt alia differentia. q; in hoc non miſerabili impetratio delegati ab eccleſia eſt ipſo iure nulla. ſecundũ opi. Inno. de qua in. c. ex tenore. que nõ tenetur ibi per Ho. ⁊ ideo dic qđ differẽtia eſt, q; vbi impetratio ſit cõtra miſerabilem. nõ valet, niſi ſiat mẽ tio de ipſius qualitate: vt. C. qñ impera. inter pup. ⁊ vidu. l. vni ca. qđ non eſt. vbi ſit impetratio contra nõ miſerabilẽ. nec cõua leſcit negligente iudice ſeculari: q; in tali eccleſia habet habitum cõditionalem iuriſdictionis, ſi negligat ſecularis. de fo. cõpe. ex tenore. ſed in miſerabili valet impetratio ſed eſt in pendenti, ſi ſe cularis vult procedere, nõ valet impetratio. Alias valet ratio. q; in miſerabili eccleſia habet habitũ purum. ⁊ exercitium tantũ cõ ditionatũ: ideo valent litere habitu, licet ſuſpendatur exercitiuȝ.

19 ¶ † Circa materiã huius gl. oportet hic aliqua examinare dicta Inno. quid ſi ad requiſitionẽ eccleſiaſtici iudicis iudex ſecularis procedat, an poterit iudex eccleſiaſticus compellere ipſum, vt bre uiores det dilationes. dic qđ nõ: q; ex quo iudex ſecularis ince pit, iam iuriſdictio eſt deuoluta ad ſecularem: vnde eccleſiaſticus eſt priuatus. poteſt tamẽ ſtatuere terminũ illis ad procedenduȝ, ⁊ inchoandũ proceſſum. ĩ. qui ſi. ſint legi. cauſam. ⁊ c. lator. de re ſtit. ſpolia. frequens. ad hoc. ĩ. c. ſuſpicionis. ⁊ dicitur conſtare ta les negligentes, ſi eſt notoriũ. vel notoria iniuſtitia, vel ſi requiſi tus expreſſe dicat ſe iuſtitiã nõ exhibiturũ, vel poſt ſtatutum tẽ

20 pus non exhibet. ¶ † Sed opponitur, ſi eccleſia pro miſerabili perſona audit, negligẽte ſeculari ſuo iudice, nulla ſpecialitas erit in miſerabili perſona: q; etiã pro non miſerabili iudice negligẽte audit eccleſia de fo. cõpeten. licet. ⁊ c. ex tenore. Reſpõdeo, ſpe ciale eſt in hoc, qđ querimoniã quãdoq; ſimpliciter audit, quãdo ſunt miſerabiles, ⁊ oppreſſe. Itẽ immediate audit eas, cũ ſui iu dices negligunt facere iuſtitiam, licet ſuperiores iudicum nõ ſint requiſiti. qđ ſecus eſt vbi negligit ſecularis in nõ miſerabili: quia eccleſia non audit, niſi ſuperior quicunq; ſit requiſitus: vt di cta decre. licet ſic intellige. c. ex tenore. ⁊ hoc, ne diu pro iuſticia la

21 borent: licet quidã contra, ⁊ male. ¶ † Quero quando dicantur pauperes, ⁊ miſerabiles perſone, vt ſic poſſit agi corã eccleſia, dic qđ iudicabuntur pauperes, habito reſpectu ad ea, que poſſi dẽt: ⁊ licet ſint pauperes. ſi magnas hereditates, vel caſtra petãt, ſic enim nõ veniũt ad eccleſiaſticũ iudicẽ, q; non agitur de mo

22 dica re, ſed magna. ¶ † Quero, que ſunt miſerabiles pſone. Re ſpondeo, peregrini, ⁊ hi ſunt de foro eccleſie quo ad res, quas fe runt, ⁊ iniurias, ⁊ cõtractus qui in peregrinatione ſiunt. xxiiij. q. iij. ſi quis romipetas: ⁊ cap. ſequenti. Mercatores ſi in teloneis grauarentur. vt ibi. ⁊ lxxxvij. diſti. eos, qui libelli ab eccleſia ma numiſſi, vl' eccleſie cõmẽdati, vel fugientes ad eccleſiã. lxxxvij. di. eos penitẽtes. xj. q. iij. aliud. officiales eccleſie, ruſtici eccľie, ⁊ filij, vxores, liberti, ⁊ ſeruiẽtes. xij. q. ij. eccľiaſticarũ. pupilli. orphani, ſȝ i his demũ negligẽte iudice ſeculari: ſicut dicitur in viduis. lxx vij. di. deſoleẽ. ſenes. lxxxvij. di. liberti. expoſiti. lxxxvij. di. c. vlti mo. ceci, ⁊ mutilati membris, captiui, leproſi, ⁊ debiles, diuerſo morbo fatigati. C. quãdo impera. inter pu. ⁊ vidu. l. j. de cenſi. lȝ C. de epiſco. andien. iudices. tñ pro maiori parte eccleſia inter ta les nõ cognoſcet, niſi in defectum iudicis ſecularis. ĩ. de fo. cõpe. ex tenore. ⁊ tales cõuenti nõ poſſunt declinare iuriſdictionem iu dicis ſecularis, licet ab eis poſſent ad eccleſiam appellare, ſi gra uentur, vel aduerſarios p ſimplicẽ querimoniã conuenire. lxxx vij. diſt. libertos. §. libertis. qđ nõ placet Inn. quo ad appellatio nem: q; ſecundum ius ciuile gradatim facienda eſt appellatio ad

32 proximum. ij. q. vj. anteriorũ. ¶ † Quero an pupilli, orphani ⁊ vidue habeant aliud priuilegiũ. dic qđ ſic, q; vidue, pupilli, ⁊ omnes miſerabiles perſone poſſunt alios trahere ad curiam im peratoris, ⁊ ſi aliquod reſcriptũ impetraſ cõtra eos, niſi expreſſe de eorũ miſeria mentionẽ faciat, nõ valet. C. quãdo impera. inter

24 pupil. ⁊ vidu. l. j. ¶ † Pro ſecunda gl. opp. qđ iudices male pro nuntiauerunt ſe incõpetentes, ⁊ ſic non ſint priuati iuriſdictio ne: q; licet nõ haberent iuriſdictionẽ principaliter, habebãt tñ ac ceſſorie, vt in quantũ negligente ſeculari. de fo. cõpe. licet. ⁊ ex te nore. ergo nõ ſimpliciter: ſed ſi iudex ſecularis cognoſceret, debue rũt ſe pronũtiare incõpetentes. gl. fatetur qđ male ꝓnũtiauerũt, ſȝ nihilominus ſententia valuit, ⁊ eos priuauit iuriſdictione, ⁊ pro tanto ipſam tanq̃ eſſent priuati ex ſententia, licet iniuſta, re aſſumere non potuerunt, prout hic patet, ⁊ conſenſus partium: q; cõſenſus partiũ non poteſt facere iudicem, qui nõ eſt. Sed cõ tra, iſta pronuntiatio fuit interlocutoria: ergo ipſam põt reuoca re. ff. de re iudi. qđ iuſſit. de appel. cũ ceſſante. So. quedã ſunt ſen tentie que poſt pronuntiationẽ non admittunt iudicis officium, nec poteſtatẽ: ⁊ tales habent vim diffinitiuã, ⁊ non poſſunt reuo cari cõtrario imperio, q; nõ durant. vt hic. quedã ſunt ſententie, que habent poſt ſe poteſtatẽ, ⁊ offectum, ⁊ effectũ iudicis: ⁊ tales poſſunt reuocari, vt in contrario. vel dic qđ ſi hec vidua ſcienter impetrauit fraudulẽter exprimẽdo ſe pauperẽ, recte pronũtiaue rũt: q; tũc non valent litere, etiã vt procedatur in forma cõi, ⁊ ſic vt ꝓcedatur in ſubſidiũ. Si impetrauit ex ſimplicitate, procedit qđ eſt dictũ: q; tũc litere bene valebant in ſubſidiũ. de reſcriptis. c. ſuper literis. ſed eã perdiderũt ſic pronũtiando. nec ob. de preb. dilectus. ij. q; ibi procedit virtute ſecundi mandati: q; forte fue rat appellatũ ab illa pronũtiatione. ⁊ dant doc. exẽplũ, qñ dicaſ impetraſſe, ⁊ expreſſiſſe ſe pauperẽ ex ſimplicitate, qñ procurator domine, qui per ignorãtiã, vel ſaltẽ ignorãte domina, ipſam pau

25 perẽ expreſſit. ¶ † Secũdo opp. de. c. ſuper literis. qđ hi bene ꝓ nuntiauerant. q; litere ſunt ſurreptitie ex quo falſum expreſſum eſt, qđ ſit pauper: ⁊ ſic etiam negligẽte ſeculari iudice procedi nõ poſſit: cuius cõtrariũ ſentit tex. Solu. ſi ex certa ſcietia mulier ſe dixiſſet pauperẽ, ⁊ doloſe, per ipſas literas, etiã negligente iudi ce ſeculari procedere, non potuiſſent, vt patet ibi: ſed hic per ſim plicitatẽ: q; mulier excuſatur a tali errore iuris. Dicit Abb. qđ per ignorãtiã: ⁊ exẽplificat in muliere per procuratorem impetrã

26 te hoc exprimẽte ipſo, vel ipſa, ſaltẽ ignorãte. ¶ † No. gl. qđ lite re impetrate a miſerabili perſona principaliter ad iudicem eccle ſiaſticũ non ſunt nulle, ſed in pendenti propter negligentiam iu

27 dicis ſecularis. ¶ † Pro gl. ſup verbo, intra terminũ. opp. qđ q̃s poſſit redire ad iudicẽ cauſe intra terminum cõpromiſſi. ff. de ar bitris. l. ſed ſi in ſeruũ. in ſi. So. Verũ eſt, ſi pena cõmittitur. dic qđ ibi in ordinario, cuꝰ iuriſdictio durabat: hic in delegato, cuꝰ iuriſdictio expirauerat per pronũtiationẽ. Nã nõ extinguitur iu riſdictio ex cõpromiſſo, licet primum compromiſſum expiraſſet per ſecundum: ⁊ ideo puto qđ ſi hic iſti delegati ſe non ꝓnũtiaſ

28 ſent incõpetẽtes, iterato poſſent de cauſa cognoſcere. † An arbi ter negligens procedere poſſet cõpelli ad procedendum poſt ter minũ. Dic qđ ſic, ex quo erant negligẽtes. ff. de arbitris. l. iij. §. j. imo ⁊ ſi partes vellent iterato in eũ cõpromittere, finito termino

29 compellerentur. ff. de arbitris. l. ſi cum dies. ⁊ reſponſo. ¶ † Gl. vltima qđ ſi pena eſſet appoſita in cõpromiſſo, an mulier nõ vo lẽs reuerti ad iudicẽ puniatur illa pena: Dic qđ aut ꝓmiſerunt reuerti ad primos tanq̃ iudices, ⁊ ſic cõtẽplatiõe iuriſdictionis ⁊ tũc ſi ſunt ordinarij, valet ꝓmiſſio. dicit tñ philip. qđ penitere poteſt ante litẽ conteſt. ff. de iuriſdi. om. iudi. l. ſi conuenerit. qđ eſt falſum: q; pactum valet, licet iuriſdictio non prorogeſ. vt ibi no. ⁊ de iudi. c. primo. ſi ſunt delegati, nõ valet principale pactũ: q; non poſſunt dare iuriſdictionẽ. nec acceſſoriũ. reſpectu pene: vt no. de precarijs. c. ij. Si in eos deberet reuerti tanq̃ cõpromiſſa rios, bene cõmitteref pena in dubio. Decidit hic tex. quod rõne iuriſdictionis precedentis videnſ ad eos voluiſſe tãq̃ ad iudicis venire ratione precedentis iuriſdictiõis: ⁊ maxime ſi vtanſ ver bo, redire, vel ad eorũ iudicis examen. qđ no. Item qđ non valet ꝓmiſſio pene, qua quis ſe obligat ad ſtãdũ iudicio alicuius tãq̃

30 iudicis, vbi iudex non eſt, nec fieri põt partiũ cõſenſu. ¶ † Poſt glo. oppo. qđ pacto priuatorum tribuatur iuriſdictio. C. de pa ctis. l. ſi quis in cõſcribendo. vbi ſi quis promiſerit ſub certo iudi ce reſpondere, teneſ pacto obedire, ⁊ nõ põt iudicẽ declinare. Qui dã dicũt quod illa lex habet locum in pacto in ſcriptis: hic in pa cto ſine ſcriptis. hec ſolu. reprobaſ, q; ſcriptura nõ fortificat vim pacti: q; inducitur ad probandũ non ad fortificandum. ff. de pa ctis. l. pactum. ¶ Alij, quod illa lex in reo, hic in actore. Truffe ſunt. veritas eſt. qđ ibi loquitur in promittente de reſpondẽdo co rã iudice alias competenti: quo caſu ſuppoſita iuriſdictione pa ctum de reſpondendo ordinatũ ad prorogandum cum hic non poſſit ſuppoſita iuriſdictione ordinatur ad non declinandum.

ua ibi in ſcholare: qui hȝ tres iudices, rectorē, epiſcopū, ⁊ magi-
ſtrum, ſi paciſcatur de reſpondendo ſub vno, illud pactum opera-
tur renuntiationem poteſtatis declinandi: ſed non eſt ſic in pa-
cto de prorogando: quo caſu ſi iuriſdictio eſt prorogabilis, obligat
ex pacto: ſed non inducitur prorogatio, ſi eſt improrogabilis, vt
hic, nec ex pacto obligatur, quaſi ſit impoſſibile, nec etiam iuriſ-
dictio prorogatur. ſic loquitur hic. Ratio. q: pactum de nō de-
clinando fit cum parte, ⁊ ordinatur ad tollendum ius in parte,
qd tollere poteſt. ſcȝ poteſtatē declinandi: ſed pactū de prorogan-
do non ordinatur ad tollendum ius in parte, ſed ad creandū in
iudicē: qd fieri nō poteſt, niſi per pactū ad hoc ordinatum, ⁊ iuriſ-
dictionalē geſtum cum iudice. ¶ Per hoc infero qd ſi eſſet pa-
ctum coram iudice, cū hoc fiat vt iuriſdictionale ad iuriſdictio-
nē prorogandam qd prorogabitur. ad hoc tex. j. e. p. ⁊ g. qd intel-
lige vbi iuriſdictio eſt prorogabilis. ⁊ ad hoc. j. de iudi. c. j. ¶ Per
hoc infero qd ſi iuraſſet reſpondere, qd per hoc nō eſſet proroga-
ta hic iuriſdictio. fateor qd poſſet agi vi pacti. ⁊ ſi eſſet nudū, nō
ageretur de iure ciuili. ſic de iure canonico, ſi eſſet veſtitū, agere-
tur ad intereſſe. Et ſi teneres qd ex iuramento poſſet agi preciſe ad
factū, poſſet cōpelli ad prorogandū, licet per hoc non eſſet pro-
11 rogata. † Per hoc infertur qd ſi aliquis facta promiſſione de ſol-
uendo in certo loco, cū per hoc eſſet iam ibi iuriſdictio originata
ratione fori cōtractuū. ff. de act. ⁊ ob. l. cōtraxiſſe. qd per hoc poſ-
ſet ibi cōueniri, ⁊ pactū ordinaretur ad non declinandū qd ibi
poſſet cōueniri. ſic no. Bar. in l. titiū. ff. de adm. tu. ⁊ in d. l. ſi quis
in conſcribendo. Sic ergo ad contra. per pronuntiationē ſuper
incōpetētia iſtius nō erāt iudices, ⁊ pactū iuxta cōpromiſſuȝ nō
poterat illos facere iudices, ⁊ alias nō erant ordinarii ſin. ⁊ dato
qd eſſent ordinarii. nō iuuiſſet quin ipſi prinittēdo nitebant redi-
re iuriſdictioni delegati, que erat extincta, ⁊ ſic grauati: vel nite-
bant ex forma cōpromiſſi redire, ſicut erat de iure. Ant. de butr.

1 ¶ Arbitri electi ad cauſam recuſationis aſſignant terminū re-
cuſanti ad probandum: delegatus tamen, qui recuſatur, cogit
arbitros ſi diſcordant, conuenire, ⁊ cauſam ſuſpicionis diffinire.
numero. 27.
2 Exceptio recuſationis eſt probanda coraȝ iudice, qui recuſatur.
3 Iudici, qui recuſatur, infertur quaſi iniuria: ⁊ per hoc prouoca-
tur quis ad iram.
4 Terminū ad probandum ſtatuere ad illum pertinet, coram quo
probatio eſt facienda.
5 Iudice recuſato, ſunt eligendi arbitri, qui de cauſa recuſationis
cognoſcant.
6 Iuriſdictione alicui commiſſa, omnia videntur commiſſa, ſine
quibus iuriſdictio explicari non poteſt.
7 Dictio, ⁊c. importat omnia, que pertinent ad actum, ⁊ diſpoſi-
tionem, circa quam profertur.
8 Factum a maiori parte valet in pluribus arbitris iuris.
9 Iudice reuocato prouidetur ne pretextu recuſationis principale
negotium prorogetur. nu. 21. ⁊. 23.
10 Iudicis recuſati eſt compellere arbitros vt eligant, ⁊ concordēt:
⁊ ſic ſola recuſatio non extinguit iuriſdictionem. nu. 2.
11 Iudex poteſt per ſeipſum cognoſcere an ſit ſua iuriſdictio, vbi
non vertitur aliquod ſuum intereſſe, vel preſumptio cōtra eum.
12 Delegatus ordinarii ſi recuſetur, nō cogit arbitros, ſi diſcordāt,
cōuenire, ⁊ cauſam ſuſpicionis diffinire, ſed adiri dȝ ordinarius.
13 Suſpicionis, vel recuſationis cauſa eſt coram recuſato promonē-
da, ⁊ ad probationem illius, ſeu terminationem ſunt arbitri eli-
gendi.
14 Suſpicionis, vel recuſationis cauſa qualis eſſe debeat, vt iudex
recuſetur.
15 Iudex licet recuſetur non remouet de iure, ſed de facto ſic, ⁊ ceſ-
ſante probatione ſuſpicionis habet ipſo iure iuriſdictionem.
16 Arbitri electi ad cognoſcendum de cauſis ſuſpicionum poſſunt
coercere, ⁊ teſtes compellere. ⁊ impedientes punire.
17 Appellatione interpoſita ab arbitris, ad queȝ appellatio ſit de-
uoluta.
18 Arbitri quando poſſint compelli ad arbitrium ſuſcipiendum.
19 Arbitrorum iuriſdictio qualis ſit, ⁊ quomodo fiat.
20 Iuriſdictio ordinaria duobus modis poteſt in aliquem cōferri.
21 Iudex recuſatus terminum ſtatuere poteſt arbitris ad cauſam
finiendam.
24 Iudex recuſatus poteſt cognoſcere an ſit ſua iuriſdictio.
25 Arbitri an debeant eligi quando opponitur excommunicatio.
26 Iudex vbi recuſatur exceptione excommunicationis, ⁊ eligun-
tur arbitri, talen electi non debent eſſe laici.
27 Iudex delegatus an poſſit compellere arbitros electos diſcor-
dantes.
28 Arbitris diſcordantibus an, ⁊ qñ debeat aſſumi tertius.
29 Arbitri duo an poſſint tertio abſente aliquid decernere.
30 Arbitri electi ad cognoſcendum qualiter ſint cogendi.

1 SUſpicionis. ¶ † Arbitri electi ad cau-
ſam recuſationis aſſignāt
recuſanti terminum ad probandū, delegatus tamen,
qui recuſatur, cogit arbitros ſi diſcordāt, cōuenire, ⁊
2 cām ſuſpicionis diffinire. hoc dicit. Secūda ibi: ab ipſo. † ¶ No.
primo qd exceptio recuſationis eſt proponenda corā iudice, qui
3 recuſatur. ¶ † No. ſecundo qd infertur quaſi iniuria iudici, qui re-
4 cuſatur, ⁊ per hoc prouocatur quis in irā. ¶ † Not. iij. qd ad illū
ſpectat ſtatuere terminū ad probandū corā quo eſt probatio fa-
5 cienda. i. qui ſuper probato hȝ diffinire, ⁊ nō ad aliū. ¶ † No. quar-
to quod recuſato iudice eligendi ſunt arbitri, qui de cauſa co-
6 gnoſcant recuſationis. ¶ † No. quinto qd cui cōmittitur iuriſdi-
ctio, omnia, ſine quibus iuriſdictio explicari nō pōt. videntur cō-
7 miſſa. c. ōcor. ē. c. ſane. ¶ † No. ſexto de dictione, ⁊c. quid importet
q: cōtinet omnia, que pertinēt ad actū, ⁊ diſpoſitionē, circa quā
8 profertur. ¶ † No. ſeptimo qd in pluribus arbitris iuris vȝ factū
9 a maiori parte. ¶ † No. prouidendū ne pretextu articuli recuſa-
10 tionis principale negotiū prorogetur. ¶ † Not. qd ad iudicē re-
cuſatū ſpectat cōpellere arbitros vt eligāt, vel cōcordēt. ⁊ ſic no.
qd propter ſolam propoſitionē recuſationis nō extinguitur iuriſ-
11 dictio iudicis delegati. ¶ † Opp. qd cū recuſatur delegatus, nō
debeat accedi ad arbitros: poteſt enim per ſe ipſum cognoſcere,
an ſua ſit iuriſdictio. ff. de iudi. l. ſi quis ex aliena. de reſcriptis. ſu-
per literis. Sol. regulariter cognoſcit: ſed cū vertitur aliqd ſuum
intereſſe, vel cū ſurgit preſumptio cōtra eū, nō cognoſcit. ē. c. cuȝ
ſuper. ſurgit autem ſuſpicio: q: vellet ſe defendere a ſuſpicione.
12 ¶ † Opp. ad idē qd potius adeatur ordinarius, vel alter cōdele-
gatus. i. e. ſi cōtra vnū. lib. vj. Sol. hec per illā diſtinguitur. ⁊ dic
vt ibi. hic enim loquitur quando eſt vnicus ⁊ pape. Sed delega-
tus ordinarii corā ordinario recuſatur, id eſt, cauſa recuſatio-
agitur, vel ſi ſunt plures condelegati coram conſocio. de quo ibi.
13 ¶ † Opp. ad idem de. c. ſecundo requiris. j. de app. vbi cauſa re-
cuſationis proponitur coram recuſato: ſed hoc non negatur hic.
vnde hic per illā. ſed ſolum diſponitur de probatione facienda co-
rā arbitris. ¶ Op. qd nō ſit loc⁹ talib⁹ arbitris, ⁊c. vt in margi-
14 ne alterius quinterni. ¶ † Uenio ad gl. primo quero, cū gl. qua-
lis debet eſſe cauſa ſuſpicionis. dicit. talis, qd ſi eſſet probata, de-
beret legitima, reputari, ſicut in appellatione de app. vt debitus.
15 allegat de app. cū ſpeciali. ⁊ idē ibi no. in. ij. gl. ¶ † Secūdo op.
cum gl. ij. qd iudex non debeat moueri, ſi recuſat: q: recuſans vti-
tur iure ſuo. de electio. c. cum eccleſia. So. de iure nō debet moue-
ri, q: nō fit ei iniuria. ſed refert ſe ad id. qd contingit de facto, qd
mouetur, licet hoc facere nō deberet. Nō tamē dicit glo. ſufficiens
eſt hec cauſa ad recuſandū: cum habeat iuriſdictionem, ceſſante
16 probatione ſuſpicionis apud eum. ff. a quo appel. l. ij. ¶ † Que-
ro cū gl. que eſt ſuper verbo, omnia, an tales arbitri poſſint coer-
cere, et poſſint cōpellere teſtes, ⁊ impedientes punire. dic qd ſic,
17 q: habent iuriſdictionem, vt hic patet. ¶ † Quero. ad quē appel-
labitur ab iſtis arbitris. dic qd appellabitur ad papā. ratio. q: iu-
ra poteſtate iſti habent iuriſdictionē, ⁊ papa eſt ſupra iuſ: ergo
18 ad ipſuȝ appellatur. facit hodie eo. ti. de arbitris. l. vj. ¶ † Que-
ro in ver. ſed quid. an poſſint compelli ad arbitriū ſuſcipiendum
arbitri. videtur qd non. ff. de arbitris. l. j. q: res eſt libera. dic con-
tra. ſecundū gl. q: tenentur in virtute obedientie diſtrictio pape
mandato. j. de appel. cum ſpeciali. ⁊ ſi iudex ordinarius recuſa-
tur, compellet eos: ſi delegatus, idem, nō obſtāte eo q recuſatus
eſt: alias iudiciū non poſſet expediri. nec iſti proprie ſunt arbitri.
⁊ per hoc reſpondetur ad contrariū ſecundum formam hāc ar-
bitrorū: q: eliguntur tanquā arbitri. hoc patet: q: alii arbitri, nul-
lam coertionē habent, ſed tantum metu pene eorū ſententie ſta-
tur. C. de arbitris. l. j. niſi emologatione, vel tacito lapſu. x. dierū
19 confirmetur: vt no. in. l. penul. C. de arbitris. ¶ † Quero cum ea.
gl. in ver. ⁊ iuriſdictio. qualis eſt iuriſdictio iſtorū arbitrorū. glo.
dicit qd eſt iuriſdictio ordinaria: q: fit per vias electionis pluriū.
¶ Itē q: fit, ⁊ confirmatur legis authoritate. primū patet: exer-
citus eligit imperatorem, qui habet iuriſdictionem ordinariam.
xciij. di. legimus. ⁊. l. mandatam confirmat iuriſdictionem. ff. de
20 iuriſ. om. iudi. l. ⁊ q. ¶ † Nota ex iſta gl. duplicē modū, per quē
transfertur iuriſdictio ordinaria. Primus modus, quando trāſ-
fertur per viam electionis vniuerſitatis. Unde ſi vniuerſitas eli-
git rectorē, ille habet iuriſdictionem. Secūdo modo, quādo im-
mediate per viam legis datur alicui poteſtas, aut datur ab ho-
mine lege cōfirmante: facit qd habetur in. d. l. ⁊ q. ⁊ qd not in. l.
ambitioſa. de decre. ab ordine fac. Idem no. glo. j. c. p. ⁊. g. Idem
Inn. de reſcriptis. paſtoralis. de iudi. ceterum. ⁊. c. cū ab eccleſia-
rum. de off. ord. ⁊ ibi dicā plenius. adeo ſi per viā ſtatuti dāt an-
tiani poteſtatē alicui aliquid pro bono publico exercendi, talis di-
citur habere iuriſdictionē. Idē ſi ſimpliciter dāt ei poteſtatē vniū
eligēdi, ⁊ poſtea ſtatuto conſulto confirmant electionem. vide gl.
ne prelati vices ſuas. c. ij. Hoſt. fuit in opi. qd iſti eſſent delegati: ⁊
dicuntur

dicuntur delegati primi delegantis.alle.C.de iudicijs.apertiſſi-
mi.qd eſt truffa,ſecundum iſtā op.deberent habere qualitates.
de reſcriptis.ſtatutum.§.j.qd non eſt dicendū,et non ſeruatur.et
no.gl.qd tales arbitri.qui confirmantur inter abſentes,dicuntur
21 habere ordinariam. ¶ †Opp.cum glo.in ver.ex eo dicit hic qd
omnia ad articulum recuſationis ſpectantia expediunt ipſi ab
tri.cōtra,qꝛ imo expedit etiā ipſe delegatus,qui ſtatuit terminū
ad cauſam finiendā.de appel.c.legitima.Solu.dicit gl.pondera
tria iura.ſecundū antiqua poterat ſtatuere terminū ad cauſam
finiendā:ſecundum hoc ius hoc facit.alias fuit ei vetitū,poſtea
eſt reductum hoc ius ad ius antiquū.truffa eſt.index recuſatus
terminum ad cauſam finiendam poteſt ſtatuere,vt ibi terminū
ad probandum non.Ratio,qꝛ probatio eſt facienda coram ar-
bitris,et ad eos ſpectat ſtatuere terminū:ſꝫ terminus ad finien-
dum ſtatuitur ipſis arbitris.vnde per delegatum ſtatuitur:quia
22 hoc ad eos non ſpectat vt legem ſibi imponant. ¶ †Pro gl.co
gendi.opp.qd non poſſint compellere vt concordent iudices re-
cuſati:qꝛ eorum iuriſdictio eſt ſuſpenſa,ſicut dicimus in appella
tione.Item pendente dilatione iudicis officiū conquieſcit.C.de
dila.l.ſiue pars.j.de appel.ſignificante.de reſcriptis.c.paſtoralis.
in fi.dic qd hoc permittitur iudici in odiū illorū,qui nolunt con-
cordare,et ne culpa eorum contingat negotium prorogari:et ita
eorum malitia coercenda,et index ſe intromittere nō poteſt cir-
ca principale,cum iuriſdictio ſit ſuſpenſa,vt dixi.Tu dic quod
quicquid imbratet Ho.qd iuriſdictio eſt ſuſpenſa iudicis delega
ti per recuſationem quo ad partes,non quo ad iudicem,qui non
expedit articulum recuſationis.et ratio aſſignatur in textu.Et ſi
dicatur,quare ſuſpendit appellatio etiā quo ad iudicē.Dico,qꝛ
appellatio deuoluit ad ſuperiorem:hic ad non ſuperiorē,et iuris
poteſtate datur in iudices arbitros iuriſdictio vt negotium ha-
beat finem.Et ideo dicit hic Inn.qd ſi aliqua pars ſit cōtumax
in aliquo actu,vel articulo coram arbitris,per hoc non reaſſumit
iuriſdictionem index delegatus,niſi totus labatur terminus per
eum arbitris aſſignatus.Allegat decret.cum ſpeciali.j.de appel.
23 de ele.cōmiſſa.lib.vj. ¶ †Quero cum eadē glo.ibi:ſed quid erit.
quid ſi arbitri ſimul non cōueniunt malitioſe,vt ſic negotiū pro-
rogetur.Dic qd poterit eos cōpellere vt procedant,ne diutius
negotium differatur:alias cōſtitutio eſſet iniqua:quia daretur
cauſa litibus,quibus eſt obuiādū,et c.Dic quod hodie eſt caſus,
24 qui prouidet,de appel.legitima. ¶ †Opp.poſt gl.qd ad iudicē
recuſatū ſpectet cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio.de reſcriptis.c.
ſuper literis.Sol.Verū eſt,alias poteſt etiā recuſare:qꝛ tunc non
ſic afficitur,ſicut quando recuſatur.Vel dic qd ibi quādo oppo-
nitur exceptio cōcludens ad exercitium principalis iudicij:ſecus
25 ſi concernat principale,et incidens.†An autē eligantur arbitri,
qñ opponitur excōmunicatio,vide de excepe.c.pia.lib.vj.ſuper
verbo,iudex.et hoc tene,quicquid laboret gl.de appel.c.ſolicitu-
26 nem. ¶ †Quero an tales arbitri poſſent eſſe laici.Dic qd nō de
27 appel.legitima.in gl.iij.lib.vj. ¶ †Quero an debeat eos cōpel-
lere ad concordiā,ſiue ſint diſcordes in ſententia lata,ſiue in fe-
renda.Dic qd non illa cauſa,ſed ſolum quādo inferenda:qꝛ tūc
recurritur ad ſuperiorē.ff.de re iud.l.iudices.Unde dicit Hoſtie
ſis,qd diſcordes erant:qꝛ vnus dicebat cauſam ſuſpitionis pba
tam,alius non probatam.Gui.dicit qd etiam ſi ſint diſcordes in
iam lata poſſunt cōpelli ad concordiā per iudicem delegatū.De
quo in Spe.de recuſa.§.vlt.verſi.quid ſi arbiter diuerſos,et verſi.
28 ſequen. ¶ †Opp.in eo qd dicit tex.qd diſcordantibus arbitris,
tertius eſt aſſumendus.cōtra,imo potius debet eſſe locus reme-
dij.c.ſi.de re iudi.vbi dicitur qd neutra ſententia tenet.Sol.capi-
tulum finale loquitur de arbitris compromiſſarijs,hic autem de
arbitris iuris.Vel ibi qñ diſcordāt in ſententia lata ſuper princi
29 pali,hic aūt ſuper certo articulo cauſe.ſ.ſup recuſatiōe. ¶ †Que
ro an duo arbitri poſſint etiam tertio abſente.Dicit Inn.qd ſic:
qꝛ in talibus arbitris ſubiungit clauſula,qd ſi nō oēs,qꝛ hoc ho
die etiam in arbitris alijs.tene qd habes de arbi.c.vno.lib.vj.
30 ¶ †Quero qualiter ſint cogēdi de cēſura eccleſiaſtica.j.de ver.ſi
querēti.xxxiiij.diſtin.quorundā.vel multa inducta.ff.ſi quis ius
di.non obtē.l.j.vel captione pignoris.Inſti.de ſatiſda.tuto.§.ſi.
1 ℣ Delegata iuriſdictio ad perſonas non expreſſas in reſcripto,
etiam de expreſſo partium conſenſu,prorogari non poteſt.
2 Promiſſio debet in loco,et termino impleri etiam cum circun-
ſcriptis ad vnguem ponderatis.
3 Concedo verbum quid importet.
4 Obligare quis ſe poteſt ad penam excommunicationis,et inter-
dicti,conuentione tamen iudiciali.5.
Pactum nudū nō eſt ſufficiens ad penam excōmunicationis.
6 Excommunicatio quo differat ab interdicto.
7 Delegatus proprie iuriſdictioni preeſt,licet ipſam non habeat
in propria perſona radicatam.
8 Iuriſdictio delegata non eſt prorogabilis,ad aliam perſonam,
quam in reſcripto comprehenſam.
9 Defectus poteſtatis in agente reddit ſemper,quod agitur,fun-
ditus nullum.
10 Iuriſdictio delegata ex conſenſu ordinarie non efficitur melio-
ris virtutis,et ſic non innatur ex ordinaria.
11 Intereſſe quomodo conſideratur reſpectu vtriuſqꝫ partis.
12 Mutui contractus eſt ſtricti iuris,et in eo venit tantum quod eſt
expreſſum.
13 Obligatus ad penam excommunicationis,vt ſi non ſoluerit lo-
co,et termino conuentis,an dicatur excommunicatus.
Iurans ſoluere intra terminum certum,et locum,ſi non ſoluerit
an dicatur periurus.
14 Excōmunicationis pene an quis ſe poſſit indiſtincte ſubijcere.
15 Sententia conditionalis quo caſu dicitur iuſta.
16 Obligare quis ſe poteſt ſub pena perdendi beneficij.
17 Iuriſdictio etiam preſidentis quando poſſit prorogari.
18 Prorogatio quid ſit.
19 Prorogatio an procedat in qualibet cauſa.
20 Prorogatio vt valeat que exigantur.nu.ſeq.
21 Cōſenſus ex quibus actibus poſſit iudicari preſtitus circa pro-
rogationem.
22 Prorogatio an in omni iuris ſpecie habeat locum.
23 Prorogabilis an ſit iuriſdictio voluntaria.
24 Prorogabilis an ſit notariū poteſtas de vno officio ad aliud.
25 Prorogabilis an ſit iuriſdictio arbitri.
26 Prorogatio an poſſit per ſuperiorem impediri,et inhiberi.
27 Prorogata iuriſdictio an ſit ordinaria,vel delegata.
28 Iuriſdictio ordinaria quo ſigno cognoſcatur.
29 Appellari an poſſit a iuriſdictione prorogata.
30 Prorogata iuriſdictione legati,ſi legatus remoueatur,an videa
tur extincta etiam prorogata.

1 PEt.B. ¶ †Delegata iuriſdictio ad perſo-
nas in reſcripto non expreſſas,etiaꝫ
de expreſſo partiū cōſenſu prorogari nō poteſt.Cō-
2 munis diuiſio.Scd'a ibi:quas huiuſmodi. ¶ †No.
primo non ſufficere promiſſionem impleri,niſi in modo et cum
circunſtātijs dici,et loci impleatur:et ſic promiſſio debet in loco,
et termino debito impleri et ſic non ſufficit ſimpliciter factuꝫ im-
pletū,niſi cum circunſtantijs ad vnguem ponderatis impleatur.
3 ¶ †No.ſecundo de verbo conceſſum:qꝛ hoc verbum concedo,
etiam poteſt,licet improprie,referri ad mutuum,de cuius natu-
ra transfertur dominium.Et ſic verbum concedo,quandoqꝫ eſt
4 aptū notare dominij trāſlationē de quo.ff.de dona.l.ſi. ¶ †No.
tertio qd poteſt ſe quis obligare ad penā excōmunicationis ex
conuentione iudicialiter facta,et ad penam interdicti in cauſam
contumacie:et ſic nuda conuentio non eſt ſufficiens ad iuſtitiam
excommunicationis,ſed oportet qd concurrat veſtimentum cau
5 ſe aptum ad partū ſententie. ¶ †No.qd talis obligatio meretur
executionem,ſicut ſententia,et preceptum iudicialiter factum.ad
hoc de offi.ordi.c.ad reprimendā.j.de ſenten.excom.c.per tuas.
cum ſimil.ē.c.prudentiam.§.ſexta.Et aduerte,qꝛ etiam delega-
tus videtur hanc poſſe exequi obligationem,quando ordinat in
finem executionis eius,qd principaliter eſt commiſſum.Ad idē
in dicto.§.ſexta.Ad hoc.j.de accu.veniens.Et per hoc non ob.
6 qd ſcribitur.ē.c.ſi quando.per Inn. ¶ †No.quarto qd excom-
municatio proprie refertur ad perſonam:interdum autē ad ter-
7 ram. ¶ †No.quinto delegatum iuriſdictioni preeſſe,licet ipſaꝫ
non habeat in propria perſona radicatam.de off.dele.c.ꝙuis.li.
8 vj. ¶ †No.ſexto qꝛ iuriſdictio delegata nō eſt prorogabilis,nec
extendibilis ad aliam perſonam,quam in reſcripto cōprehen-
9 ſam. ¶ Nota vltimo qd defectus poteſtatis in agente reddit ſem
per quod agitur funditus nullum.Ad hoc de iudi.at ſi clerici.§.
10 de conſuet.ad noſtram.cum ſimi. ¶ †Item no.quod iuriſdictio
delegata ex concurſu ordinarie non efficitur melioris virtutis:et
ſic non innatur ex ordinaria.vide Innoc.in.c.cum ex officij.de
preſcriptio.Tempore lecture iſtum ordinem obſeruauit:qꝛ poſt
notabilia iuit ad B.et recitauit vſqꝫ ad C. ¶ In hac decr.habe
mus tria principaliter.Primo,mutuum,ſuper quo et eius circū
ſtantijs,erat inter principaliter impetrantes queſtio.Secundo,
prorogantis obligationem ad penam.Tertio declarationem
inualiditatis prorogationis.Videamus aliqua circa iſta tria.
11 ¶ †Ad primum quero cum glo.ad declarationem petitionis et
querele hic date ſuper mutuo:quare ponderet hic libellus mu-
tuum non ſolutum debito loco,et termino.Dicit gl.quod ratio
eſt,quia magnus eſt effectus conuentionis de loco,hoc con-
currente quod ibi quantitas ſoluta non ſit vbi ſolui debet ſiue
contingat facto debitoris,ſiue facto creditoris,quia alibi exi-
git.habetur ratio intereſſe,vt in tantum damnetur quilibet,
quantum intereſt vtriuſqꝫ in loco debito ſolutum eſſe vt ſi ſtat

per creditorem, habeatur ratio intereſſe debitoris, ⁊ econuerſo:
habetur enim ratio intereſſe vtriuſq;. argu. ff. eo. l. ij. de eo, qđ cer.
lo. dicit gl. ⁊ C. eo. l. j. dicit Ioan. and. qđ voluit allegare. l. j. C. de
ſenten. que pro eo, qđ intereſt. non dicit bene: immo allegat ti. qui
eſt in Codice, vbi conuenitor, qui certo loco dare promiſit. poni-
tur materia huius tit. ¶ Qualiter autem habeatur ratio damni
⁊ lucri in hoc intereſſe, qđ venit officio iudicis, ⁊ quare tale reme
dium ſit adinuentum, not. in. l. iij. §. penul. ⁊ fina. ⁊ l. ſequen.
12 ff. de eo, qđ certo loco. ¶ † Quod vt intelligas, aduertendum eſt
qđ cõtractus mutui eſt ſtricti iuris: vnde in eo venit demum qđ
expreſſum, ⁊ omne omiſſum habetur pro omiſſo. ſicut dicimus in
cõtractu cõpromiſſi: vt. j. de arbit. c. cum dilectus. Unde ex na-
tura mutui nõ veniet intereſſe intrinſecum: quia non ſolutũ in lo-
co debito: q: mutuum datur ſolũ ad id, qđ de meo factũ eſt tuũ.
Sed ſi adijcitur locus, pretor propter locũ dat actionẽ qualita-
tem quandam, ⁊ preſtat ſibi officium quoddam mercenarium: ⁊
actio appellatur, que prius erat certi condictio ex mutuo ſpecia
lis. nam in contractibus ſtricti iuris, vbi certum petitur, datur
certi cõdictio generalis: ſed in mutuo datur ſpecialis ex mutuo.
ff. ſi certum peta. l. certi condictio que propter adiectionem loci
arbitraria efficitur, ⁊ ad eam competit officium, ⁊ iudicis arbi-
trium ad eſtimandum intereſſe propter locum ex mora non ſol-
uendi in loco non debito. Et hec qualitas non eſt neceſſaria in
obligationibus bone fidei: quia in illis venit etiam extrinſecus,
quod equum eſt venire, licet nõ ſit de eo expreſſe actum. ff. de eo,
quod certo loco. l. j. §. ⁊ iij. per totum. ⁊ in. l. in bone fidei. Adie-
cto ergo loco in contractu mutui, vel alio ſtricti iuris, ſecundum
veram opinionem, aut ſtat per debitorem, ⁊ dubitatur an veniat
intereſſe actoris: ⁊ certum quod ſic, vt in iuribus hic allegatis.
aut dubitatur quando ſtat per actorem, quo minus ſolutio fiat
in loco vbi ſolui debet: ⁊ adhuc certum eſt quod venit intereſſe
rei: q: vtilitatem vtriuſq; continet. aut dubitatur de rei intereſſe,
quando ſtat per eum, an veniat intereſſe rei: ⁊ tunc adhuc habe-
tur ratio intereſſe loci illius, vt patet in. l. ij. §. nũc de officio. ⁊ ibi
not. ff. eo. ¶ Hec materia periculoſa eſt, ⁊ fortis, ⁊ mere legalis
ſofficit remittere ad tit. ff. de eo, qđ certo lo. ⁊ ad legem primam.
C. vbi, ⁊ in quo loco. Et qualiter expediatur iudicis officiũ, quo-
modo habeatur ratio non ſolum damni, ſed etiam lucri, ⁊ quali-
ter hoc remedium ſit inuẽtum, legitur de eo, quod certo loco. l. iij.
§. penul. ⁊ vlti. ⁊ l. ij. Et hec in preſenti ſufficiãt de primo. ¶ Ue-
nio ad ſecundum, quod tãgitur cum gl. que eſt ſuper verbo, pro-
mulgares. hic apparet partem ſe obligare ad penam excommu-
13 nicationis, vbi non ſoluat intra menſem. ¶ † Quero primo an
poſſit ſe obligare ad penam excommunicatiõis, ſi non ſoluat in-
tra terminum, ſcilicet ſecundum formam conſilij. c. ſacro. de ſent.
excom. vt poſſit excommunicari abſq; ſolennitate debita admo-
nitionis. ¶ Glo. ſuper verbo ſententias, tenet qđ ſic. Sed occur
rit dubium an poſſit ſe obligare. Hoſt. qđ nõ. Allegat de foro com
pe. ſi diligenti. cum concor. facit qđ no. in. c. de cautis. ĩ. e. tit. Et
ratio, quia ſententia cenſure debet ferri contra cõtumacem. xj. q.
iij. nemo. imo plus dicit Inno. excõmunicationem, vel interdi-
ctum nunq̃ poſſe venire in pactum, vel conuentionem, vt ſine
cauſe cognitione, ⁊ contumacia ſententia excõmunicationis fe-
ratur: ⁊ ſic quantuncunq; pars per pactum ſe obliget ad cenſu-
rã, nõ poteſt ea ligari ſi nõ erit cõtumax. Et ſic videtur qđ actus
citationis nõ poſſit aperte remitti, vt ea nõ facta valeat ſentẽtia
14 ex eo. qđ bene no. ¶ † Secundo quero cum Innoc. an indiſtin-
cte poſſit ſe quis obligare ad penam excommunicationis, ſi nõ
ſoluerit intra menſem. Dic, aut hec obligatio fit coram iudice,
cuius iuriſdictio nõ eſt: ⁊ nõ arctat, vt hic. aut iuriſdictio eius eſt
prorogabilis: ⁊ tunc aduerte ad duos caſus principales, ⁊ caſus
non habet dubiũ: vt patet in. c. noſtro. aut fit coram iudice, cuius
iuriſdictio eſt prorogabilis: ⁊ tunc primus quid de excõmunica-
tione ferenda, ſi non ſoluerit intra menſem. Secundus, quid de
lata, ſi non ſoluerit intra menſem, an primo caſu indiſtincte inſtã
te menſe ſit promolganda. Secundo caſu quid ſi lata eſt, an indi
ſtincte inſtante menſe liget. Ad primum dic qđ quandoq; valet
ſoluere intra mẽſem, ⁊ inſtante menſe. Quandoq; conſentit quis
vt excommonicetur, ⁊ ſoluere nõ valet intra menſem, nec inſtan-
te menſe. quandoq; cõſentit quis vt excõmunicetur, ⁊ ſoluere va
let intra menſem, ſed nõ valet inſtante menſe. Primo caſo quã-
doq; cõſentit vt excõmonicetur, ⁊ ſoluere poteſt intra menſem,
⁊ inſtante menſe: ⁊ valet obligatio, ⁊ poteſt ligari per ſententiam
inſtante menſe: quia ex quo adeſt contumacia, adeſt cauſa iuſta
excõmunicationis. xj. q. iij. nemo. ff. de iudi. l. j. ¶ Secũdo caſu,
quando conſentit vt indiſtincte excõicetur, non valente eo nec
intra menſem, nec inſtante menſe ſoluere: ⁊ non poteſt ſe ad hoc
adſtringere. vt abſq; culpa, ⁊ cauſa excommunicetur: quia tantũ
cõtra contumaces promulgande ſunt tales ſententie. xj. q. iij. ne-
mo. xxx. q. iij. cum ſacerdos. Item quia tale pactum dicitur tur-
pe: ergo nõ eſt obſeruandũ. ad hoc. ff. de pac. l. ſi vnus. §. pactus.

Eſt autem turpe ideo, q: contingere poterit eũ non poſſe ſoluere
ſine ſua culpa: q: ꝓpter paupertatẽ cõtingentẽ. de ſo. Odoardus.
vel propter nuntium miſſum cũ pecunia, qui ageret infideliter. j.
de pigno. ſignificãte. ⁊ quia neceſſaria eſt monitio, que fruſtratur,
ex quo ſoluere nõ valet. de ſentẽ. excõmu. ſacro. Tertio caſu, quã
do intra terminum potuerit ſoluere, ſed inſtante termino nõ põt,
videtur qđ poſſit ſe ſic adſtringere, ⁊ qđ inſtante menſe, licet ſol-
uere nõ valeat, poſſit excõmunicari: q: precedens culpa facit eũ
de caſu ſequenti teneri. ff. cõmodati. l. ſi vt certo. §. interdum. ff. lo
ca. l. videamus. §. ſed hoc. contrarium tenet Inn. quia ſine culpa
aſſumitur ex culpa non ſoluendi demum inſtante menſe, ⁊ que
adeſt ſecundum tempus ſententie: ⁊ licet retro fuerit culpabilis,
ſufficit qđ tempore ſententie non ſit. Nã poſſibile eſt q̃ mente li-
benter ſolueret, ſed nõ põt, q: modo nõ habet: ergo tẽpore ſentẽ-
tie ſufficit culpã nõ adeſſe. ¶ Nec ob. ſimile de actiõe cõmodati,
⁊ alijs, q: ibi ius agẽdi impletur ex culpa vñq; cõmiſſa: ſ; excõi-
catio iuſtificatur ex cõtumacia, ⁊ incorrigibilitate adſiſtẽte ſcđm
tempus promulgande ſententie, vt probatur. j. de ſenten. excõ. ſa
cro. ſicut dicitur in iuramentum in litem vt. d. l. videamus. §. v ti
mo. ⁊ l. in actionibus. ff. de in litem iurando nec ob. ſi dicatur,
ſcđm hoc ſequeretur qđ ſi promulgetur excõmunicatio, ſi nõ ſol
ueris intra menſem, qđ dato qđ potuerit ante ſoluere, modo in-
ſtante menſe ſi nõ poſſit, nõ erit excõicatus: qđ falſu; videtur. de
appel. preterea. de re iudi. qđ ad cõſultationẽ. Dicit Inno. predi-
cta procedunt in ſententia ferẽda, ſi nõ ſoluerit intra menſem: in
ſententia autẽ iam lata, ſi nõ ſoluerit intra menſem, eſt aduerten-
dum vt hic eſt ſcđs caſus principalis. dicit Inno. qđ ſimiliter in
iſto q̃nq; excõmunicatur quis, qui ſoluere poteſt intra menſem,
⁊ inſtante menſe: ⁊ planũ qđ ligatur, ⁊ fortius quã in precedenti
caſu, vt ſtatim videbis. Q̃nq; excõmunicatus ſi nõ ſoluerit intra
menſem eſt inſtante menſe nõ ſoluendo, ⁊ ſemper fuit intra men
ſem. Hic ſunt opi. aliqui dicunt qđ nõ ligatur inſtante mẽſe, niſi
in termino nõ ſoluerit, ⁊ potuerit ſoluere, vel factus fuerit ſoa cul
pa nõ ſoluẽdo, ex quo nõ datur culpa, vel cõtumacia, que debet
eſſe cauſa ſententie, per iura preallegata. teneretur enim, ſi per culpam
ſua; fuerit factus nõ ſoluẽdo: ar. optimum. j. de rap. c. ij. Nec ob.
qđ malefidei poſſeſſor tenetur de interitu. ff. de rei ven. l. ſi tẽ ſi ver
beratũ. §. ſi. ff. de leg. j. l. cum res. ff. ſi cer. pe. l. qđ te. q: licet tenere-
tur ad eſtimationem rei perempte ex mora, eo q: in mala fide, nõ
tñ eſſet ligatus excõmunicatione, que nõ aſſumpſit cauſam ex
illa mora, ſed ex illa culpa ſubſiſtente tẽpore ſentẽtie, vel ante, que
nunq̃ eſt ſecuta, ex quo fuit ſibi impoſſibile ſoluere. q: ſtatim fa-
cultatibus lapſus eſt. ad hoc. ff. de admi. tu. l. etiã cõm. hoc pro-
bãt, q: ſi intelligeret ſentẽtia excõico te, ſi nõ ſolueris intra men-
ſe; ſiue poſſis, ſiue nõ poſſis: manifeſtã cõprehẽderet ſñia iniqui
tatẽ, ⁊ ſic eſſet nulla. j. de ſentẽ. excõ. per tuas. ĩ. c. cũ cõtingat. cu;
ſimil. ¶ Alij indiſtincte tenent talem ſententiã ligari. ſ. ſiue ſua
culpa ſit factus nõ ſoluẽdo, ſiue nõ. nec ob. ſi dicũt qđ ſic intelle-
cta caderet in ſenſu; erroneũ, ⁊ ſic ſentẽtia eſt nulla: q: dicit Inn.
talis error intellectualis, ⁊ cõſcientiuus ex ſentẽtia aliquibus ex-
trinſecus cõſideratis nõ redderet ſentẽtiã nullã: q: oportet qđ vt
reddat nullam, qđ error ſit pacter expreſſus, ita qđ videri poſſit
oculo corporali, nõ intellectuali. ij. q. vj. c. ſi ſentẽtia. ad hoc. l. j. §.
ſed ⁊ ſi legi. ff. de his, que in teſta dele. ad hoc clemẽ. eos. de regu-
la. Et in hac opi. reſidet Inn. Idem Ho. qđ liget: q: hec ſentẽtia
eſt medicina. ij. q. j. c. multi. de ſentẽ. excõ. c. cũ medicinalis. li. vj. ⁊
vt cenſura magis timeatur, ⁊ in maiori reuerentia habeatur: pro-
pter qđ nec appellari põt, ex quo ſemel ligauit: vt patet. j. de app.
paſtoralis. fatetur tamẽ qđ iſta ſentẽtia patefacto qđ ſoluere nõ
potuerat, de facili eſt reuocãda. allegat de re iudi. cũ Bertoldus.
Credo qđ ſi cõſtat de mente iudicis, qđ omni caſu voluerit liga-
re predicti dicãt verum, qđ ligatus eſt quo ad eccleſiã: ſi cõſtat qđ
non velit ligare niſi vbi ſoluere poſſit, nõ erit ligatus, nec quo ad
Deum, nec quo ad eccleſiã: ſi eſt dubiũ, planũ qđ quo ad Deum
non eſt ligatus: quo ad eccleſiã tutius eſt excõmunicato qđ repu
tet ſe ligatũ, propter dubiõ mentis excommunicantis. Si tamẽ
agitur de alio preiudicio poſt factũ, ſi aperte apparet qđ ſoluere
non potuerit, non intelligo in dubio ſententiantẽ voluiſſe iniqne
ſententiare, ⁊ intelligam ſi nõ ſolueris intra menſem, ſcilicet cum
poſſit. Ex quo enim poteſt applicari ad caſum iuſtũ ⁊ iniuſtum,
in dubio ipſam applicarem ad caſum iuſtum. Et ita mihi vide-
tur in hoc. tenet etiam Spec. in ti. de citatione. ad finẽ. verſic n. ſed
nunquid veniens. allegat. ff. de ſolo. l. ſi ſeruus decem. per quod
dicit quod talis veniens non debet ſatiſfacere de expenſis. j. de
procu. querelam. quod bene nota hic in ſententia contra certum:
ſed ſi in genere promolgatur excommunicationis ſententia con-
tra non ſoluentes collectas, vel cenſus, hec excommunicatio in
dubio refertur ad ſoluere valentes: quia generalis ſententia ci-
uili modo eſt intelligenda. c. cicũ. lib. vj. de preben. Sic dicit Fe-
15 dericus ſuo cõſilio. xciij. Et hoc de iſto ſcđo paſſu. ¶ † S; op-
po. in ſententia cõditionali ſubeſt eadem ratio, que in pacto: de-
beret

beret ergo cenſeri turpis,⁊ nō tenere.ſicut ⁊ pactū,quod tamen
nō tenet.vt probatur in c.noſtro.Sol.In ſententia conditiona-
li ſententia dicitur eſſe lata tēpore conditionis appoſite.licet tra-
hatur ad tēpus adiectum.Unde non eſt quid imputetur iudici,
qui tulit ſub cōditione,niſi ſoluerit.que cōditio bene potuit ap-
poni,imo eſt iuſta tanq̃ implicans contumaciā.Erit ergo excō-
municatus:q: cenſebitur contumax eo ipſo qḋ non paruit iudi-
ci.Sed in pacto eſt ſecus:q: cum in pacto non feratur ſententia,
niſi poſt terminum ex tunc,pactū nō tetigit cōtumaciā,non po-
teſt ferri ſentētia.Non enim ſequitur,me obligaui,⁊ nō ſatiſfeci,
ergo ſum cōtumax cōtumacia vera.contumacia enim vera eſt re
ſpectu iuſſus ſuperioris ſpreti,dicto.c.ſacro.ſed in ſententia con-
ditionali ſubeſt cōtumacia Imputetur enim cōdēnato,qui de-
buit pūidere ne caſus contingeret,⁊ ſoluere quā primo poſſet.vñ
nō ſolum exigitur in condēnato qḋ nō ſit negligens,ſed etiā op3
eū eſſe diligentem in adimplendo qḋ ſententialiter eſt mandatū.
ff.de rei ven.l.vtiq3.Ideo ſi modico tēpore ſit negligēs,excōmu
nicatio ſuū ſortitur effectū.Ad hoc.ff.de admini.tut.l.quoties.
§.primo.quaſi velit q̃ ſententia lata,ſi nō ſoluerit intra menſem,
aſſumitur ex culpa de futuro,⁊ quelibet culpa ſtante ſtimulo eſt
contumatia cōtra ſentētiā.ex quo nōdū lata erat.Aſſumi ergo
debet ex cōtumacia inſtante ſecundū tempus ſententie:q: nulla
adeſt.ex quo ille ſoluere non poteſt.Ad hoc.ff.qḋ me cā.ſi cū ex-
ceptio.§.ſi homo.⁊ l.ſeq.vbi ſi cōdēnatus ſum dare hoiem intra
terminū,⁊ homo culpa perierit,vel aufugerit cōdēnatus tenet:
excōicatio tñ nō inijcit vinculum,niſi a tpe lapſus termini ff.de
verbo.obli.l.in illa.ſm Inn.ad hoc de elec.cōmiſſa.lib.vi.¶ Ex
premiſſis concludit hic Ho.qḋ ſi quis vult caute pūidere,qḋ nō
ſolū debet fieri prorogatio,vt ſnīa feratur,ſi nō ſoluerit intra mē-
ſem,ſed ſtatim per iudicem cōſentiente,⁊ inſtante parte prorogā
te cōſentiat,vt feratur excōicatio,ſi nō ſoluit intra menſem:⁊ tūc
nō eſt neceſſaria aliqua mentio:q: dies,⁊c.de loca.potuit.nec va
lebit appellatio,ſi appellet interim:q: ex quo ſemel cōſenſerit in
alterius preiudiciū,⁊c.in regula,qḋ ſemel.cū cōcor.⁊ q: nō gra-
uatur niſi a ſeipſo:vnde nō poteſt inde conqueri.de app.cū ſpe-
ciali.§.porro.Secus ſi nō conſenſiſſet:q: tūc poſſet appellare.de
app.preterea.ſm Hoſt.⁊ ſic ſeruatur,ſm Io.an.de hac materia
tāgitur p gl.ī.de teſti.cog.peruenit.⁊ in Spe.de citatione.§.iam
16 nūc videamus de effectu.ver.quid ſi nō venies.ad ſi.¶ †Quero
tertio cū ea.gl.que eſt ſuper verbo,pmulgares,an poſſit quis ſe
obligare ſub pena perpēdi beneficij Dicit gl.qḋ ſic.allegat.c.cū
dilecti.ſ.de electio.⁊ vide tex.ī.de falſis.c.ſi hoc dicūt docto.ve-
rum hic,⁊ in d.c.dilecti.qñ hec obligatio ſit corā proprio iudice,
vel eo cōſentiente,alias fieri non poſſet.ſ.de renuntia.admonet.
vel niſi ratā haberet:vt etiā no.in.d.c.dilecti.¶ Uenio ad tertiū
ſcilicet de prorogatione iuriſdictionis.hic dicitur qḋ iuriſdictio
nō eſt prorogabilis de perſona ad perſonā quā tangit glo.ſuper
verbo.iuriſdictione.ſuper verbo,prorogare.⁊ ſuper ver.iuriſdictio
17 ni preſſe.¶ †Opp.qḋ preſidentis iuriſdictio poſſit prorogari:vt
l.j.⁊.ij.ff.de iudi.ff.de iuriſdi.om.iud.l.ſi cōuenerit.ſ.c.de cauſis.
ff.de iud.l.de quare.§.primo.ſ.c.cū olim.So.inter gl.⁊ doc.tra-
dendo hanc materiā eſt aduertēdū qḋ diſtinguit prorogatio mul-
tipliciter.quandoq3 reſpectu materie circa quā ſit prorogatio:⁊ ſic
dicitur qḋ quādoq3 ſit prorogatio de perſona ad perſonā,qñq3 de
loco ad locū,qñq3 de re ad rē,quādoq3 de tēpore ad tēpus,qñq3
de caſu ad caſum.diſtinguit ſecundo reſpectu cauſe,a qua imme
diate ſumit prorogatio:⁊ ſic dicimus qḋ duplex eſt prorogatio.que-
dā iuris,⁊ tacita:quedā hoīs ⁊ expreſſa.de prima.ſ.eo c.primo.
⁊ de mutuis peti.c.j.de ea etiā habet de aliena.iudi.mu.cauſa fa-
cta.c.j.de ſecunda agitur hic,⁊.ſ.c.de cauſis.ff.de iudi.l.j.⁊.ij.de
qua habetur etiā in.c.ſi.de fo.cōpe.qñ ſit prorogatio pp̄ter forum
ſortitū:⁊ de hac vltima nihil ad ppoſitū:q: hic eſt materia ſepa-
rata,de qua dic vt.d.c.fin.Similiter prorogatio diſtinguitur reſpe
ctu materie iuriſdictional o.i.iuriſdictionis,que principalr ſub-
mittit prorogationi.⁊ eſt multiplex.Quedā eſt iuriſdictio ciuilis,
quedā criminalis,quedā ſpiritualis,quedā penitētialis,quedā3
neceſſaria,quedā voluntaria.Similiter ⁊ altero reſpectu etiā di-
ſtinctam dicimus qḋ alia eſt ordinaria,altera eſt delegata.ſimili-
ter quedā eſt iuriſdictio quedā ſimplex notio.¶ His premiſſis
videda ſunt aliqua.primo quid ſit prorogatio.Scdo,an in quoli-
bet caſu pcedat prorogatio.Tertio,que exigant̃ vt valeat pro-
gatio.Quarto,an per ſuperiorē poſſit prorogatio inhiberi.Quin-
to an ex viribus prorogationis impediatur poteſtas alias ſui iudi
cis.Sexto,qualis ſit hec iuriſdictio prorogata.⁊ hoc vltimo tāgit.
18 ¶ †Uenio ad primū,⁊ dico qḋ prorogatio eſt rei limitate reſpe
ctu perſone,loci,temporis,caſus,vel alio modo ad aliud,alias,
vel aliud extenſio.exempla pone vt in gl.in qua ponūtur exēpla.
19 ¶ †Ad ſecundum dicit gl.qḋ quandoq3 dubium eſt de proro-
gatione de tempore ad tēpus.gl.dicit qḋ pcedit prorogatio tam
in ordinaria,quā in delegata.ff.de iudi.l.j.⁊.ij.§.in cauſis.hoſt.

fatetur hoc quo ad extraneū:q: pōt tēporaliter ordinaria proro-
gari,ſed in ſuos cōmuniter nō habet locū:q: in ſuos iuriſdictio
regulariter ſit perpetua:nec in extraneos pp̄ie pcederet proga-
tio de tēpore ad tempus,ex quo perpetua eſt.ſ3 certe ſi dareť qḋ
iuriſdictio eſſet temporaliter ordinario cōceſſa,poſſet de tpe ad
tēpus prorogari.ſicut ⁊ quelibet alia.¶ Quādoq3 agitur de pro-
gatione de perſona ad perſonā:⁊ tunc ordinaria poteſt prorogari:
q: magis extēdibilis eſt:vt.l.j.⁊.ij.ff.de iudicijs Hoc verū,niſi ex
qualitate perſone a iure ſit inhibita prorogatio,vt in clerico quo
ad laicū iudicē:vt patet de fo.cōpe.ſi diligenti ex.q.j.in ol'ta.⁊.c.
placuit.Et hoc vult gl.noſtra in ſi.in delegata vero gl.iuris ciui-
lis tenēt qḋ eſt prorogabilis ſicut ordinaria:vt.l.j.in gl.pe.ff.de iu-
di.⁊ t3 hoc gl.in.l.j.C.de iuriſdi.om.iudi.de iure noſtro certū eſt
qḋ eſt improrogabilis.Et ſic ſoluitur opi.in introitu gl.formata
que etiā ſupra ſoluta fuit.de iure ciuili idē,vt t3 Ia.de are.⁊ Cy.
in.d.l.j.ff.de iudicijs.aſſignāt rationem,quam aſſignat gl.in.d.l.
§.Ultimo allegat,q: delegatus proprium nihil habet:vt.l.j.ff.de
officio eius,cui man.eſt iuriſ.nam priuatorū conſenſus eū iudi-
cē nō facit.qui nulli preeſt iuriſdictioni.ſ.eo.c.ſignificātibus.C.
de iuriſdi.om.iudi.l.priuatorū.rō nō placet,q: cōcluderet qḋ nec
etiā de tpe ad tempus.Aſſignant alij rationē,q: delegatus non
preeſt iuriſdictioni,ſed ſubeſt:q: fungitur munere iudicādi:vt.C.
de iudi.l.a iudice.⁊ ſic eius iuriſdictio eſt improrogabilis:q: ill⁹
demū poteſt prorogari,qui preeſt iuriſdictioni:vt.l.j.ff.de iudi.
Et hanc ſentit gl.in.d.l.j.⁊ ponit Iac.de are.⁊ Cy.in.d.l.j.C.de
iuriſdi.om.iud.Gul.dicit qḋ ratio eſt,q: iuriſdictio delegata eſt
debilis,q: non habet territoriū,argumē.ff.de acqui rerū do.l.in
agris.⁊ pro hoc de teſti.ſi vero.in princi.¶ Hec vera,ſi agitur de
prorogatiōe hominis expreſſa,⁊ immediata:ſecus ſi agitur de p-
rogatione iuris:vt.C.de ſen.l.cū papi.⁊ auť.⁊ cōſequenter,⁊.ī.de
mutuis peti.c.j.⁊.ij.patet in delinquente.de fo.cōpe.c.ſi.ſ.eo.c.j.
in emente,vel alienante cauſa iudicij mutandi.ī.de alie.iud.cau-
ſa mu.fac.c.j.⁊ in delegante cōtra iuriſdictionē.de offi.dele.c.j.⁊
c.preterea.¶ Sed opp.qḋ etiā iuriſdictio delegata poſſit proga
ri.ſ.c.cum olim.So.dic q̃ de perſona in perſonā prorogari non
pōt vt dictū eſt.ſ.ſed de re in rem ſic vt in cōtrario.ad hoc de mu
tuis peti.c.j.⁊.ij.¶ Quandoq3 agitur de prorogatione de re ad
rem:⁊ tunc dicit gl.qḋ ⁊ in ordinaria,⁊ delegata fieri poteſt.ff.de
iudi.de qua re.§.j.ſ.c.cū olim.¶ Opp.ad hanc ſolu.quod imo ⁊
quo ad perſonas alias.ſ.eo.c.j.ſo.vt ibi:q: illud nō ex vi proga
tionis,ſed cōmiſſionis in vim acceſſorij:q: vno commiſſo,⁊c.de
quo ibi in gl.ſi.¶ Opp.ad idē de.c.j.⁊.ij.ī.de aliena.mu.iudi.ſo.
eo modo ibi non ex vi prorogationis,ſed beneficio iuris,⁊ ex vi cō
miſſionis ſit extenſio:vt in.d.c.in glo.penul.¶ Opp.ad idē de.c.
prudētiā.§.ſexta.ſ.eo ſo.vt ibi plene dixi:q: ibi nō eſt prorogatio,
ſed commiſſionis extēſio ex vi acceſſorij.¶ Tempore antē lectu
re ſic apoſtillant ibi,ſola iuriſdictio ordinaria.hoc tene,licet gl.
iuris ciuilis teneant contrarium qḋ delegata ſit prorogabilis ſi-
cut ordinaria:vt no gl.in.l.prima.ff.de iudicijs.¶ Nam cōmuni
ter etiam legiſte tenent contrariū.In quantū aūt gl.dicit iuriſ-
dictionem ordinariā prorogabilem ad aliam perſonam,hoc ve-
rū eſt,niſi ex qualitate perſone a iure ſit inhibita prorogatio,vt
in clerico volēte prorogare iuriſdictionē laici.de foro cōpe.ſi di-
ligenti hec vera in prorogatione hominis expreſſe,⁊ immediate:a
iure autē etiā delegata prorogatur de perſona ad perſonam:vt in
prorogatione que ſit per viā recōuentionis.de mutu.peti.c.j.⁊ ti-
tulo prorogatur de alie.iudi.mutan.cau.ad iuriſdictionē,q̃ trāſ-
fertur ad ſuccedētem in vitium q.U.de iudi.patet in iuriſdictio-
ne cōtra delinquentē contra iuriſdictionē.ſupra.c.j.⁊.c.preterea.
¶ Eadē gl.ibi:ſed delegatus nulli.hec ratio non eſt bona:q: cō-
cluderet iuriſdictionē delegati improrogabilē de re ad rem,⁊ de
tempore ad tēpus:quod eſt falſum.ſ.cap.de cauſis.⁊.c.cū olim.
Dic quod ratio.q: iuriſdictio delegata eſt debilis,vt non habēs
territorium,⁊ quia eſt exoſa propter iuriſdictionē ordinarie pote
ſtatis.ideo non extēditur ſicut ordinaria.¶ Eadē gl.ibi:ad res
alias tantū.Dic ⁊ ſic habemus tres caſus,quādo ſiat prorogatio.
ſ.de tēpore ad tpſ,de re ad rem,de perſona ad perſonā.¶ Uñq3
agitur de prorogatione de loco ad locū,⁊ iudex vnius loci poſſet
in alio loco cognoſcere inter ſubditos:⁊ an hec ſit prorogabilis.
Hoſt.hic qḋ ſic:exigitur tamē cōſenſus maioris iudicis,vt regē
tis prouinciā.aut diocefim,credo qḋ regens prouinciam hoc nō
poſſet concedere,niſi in dioceſi ſua.dicit Hoſti.quod hoc poſſet
cōcedere,vt inter ſubditos ſuos ipſius,cuius iuriſdictio progã,
cognoſcat:cōlennēte iudice in cuius territorio eſt.ff.de iuriſ.om.
iudi.l.ſi.de cōſti.c.ij.alias non poſſet ibi ex cōſenſu ſolū ſubiecto
rū,ſaluo caſu cle.q̃uis.de foro cōpe.¶ Nunqd aūt exigať cōſen
ſus ſubiecto.ñ.Ho.hic qḋ nō in duob⁹ locis de vſu pallij.ex tua
rum.⁊.i.de oſti.lega.nouit.Tene qḋ exigitur etiā cōſenſus ſubie
ctorum:q: extra territoriū priuatus eſt iuriſdictionis exercitio:
igitur oportet qḋ cōſenſus partiū intercedat in prorogatione:cū

corã epiſcopo,vel alijs ordinarijs,non obſtãte fori exceptione ſi
dicať eos prius cõueniẽdos corã abbate,eo q: eſt optio actoris.
ꝛ idẽ dicit de alijs inferioribus habẽtibus iuriſdictionẽ ſub epiſ
copo,vt plebani.ꝛ alij,etiã ſi ab vniuerſitate eligantur.idẽ.no.ſ.
c.cũ ab eccleſiarũ.ꝓdicta vera vt poſſit abbas cognoſcere in cau
ſis ſubiectorũ in alijs dioceſibus,dum tñ cognoſcat in loco ſue
abbatie:alias ſedere nõ poſſet pro tribunali in loco alio,ꝛ ſic nõ
poſſet de cauſa cognoſcere,niſi permitteret epiſcopus,in cui⁹ dio
ceſi eſt prioratus:vt dictũ fuit ſupra cap.nouit.ꝛ.c.qđ trãſlatio
nẽ.de vſu pallij.c.vno.de ſtatu mona.in ſingulis.ſ.ordinanť : nã
idẽ eſt in epo habente eccleſiã ſibi ſubiectaȝ in alia dioceſi,vt co
gnoſcere nõ poſſit,niſi permittať ſibi ab illo,in cuius dioceſi vult
locare ſedẽ.Alle Ho.lxxix.c.i.de etate ꝛ quali.cũ cõtingat.ſ.tit.
j.qđ tranſlationẽ.ꝛ.c.nouit.Hec vera,niſi hoc habeat ex priuile
gio ſpãli.de exceſ.prelato.accedẽtibus.§.ſi.vel de cõſue.ad ꝑſcrip.
que dat iuriſdictionẽ in rebus,ꝛ perſonis.de fo.cõpe.cũ contin
gat.ꝛ qđ ibi no.fortius in locis.xij.q.j.precipimus.dũmodo ex
hoc nõ cõtingat limites confundi.j.de parochijs ſuper eo:ꝛ põt
epus talia habere ſubiecta in alia dioceſi,ſicut abbas,tamẽ in du
bio talis ſubiectio plus in tẽporalibus,ꝙ in ſpiritualibus eſt:vt
patet de priui.cũ ꝛ plãtare.§.in eccleſijs.ſecundũ Hoſt.iſte tex.in
ſi.induciť ad queſtionẽ an poſſit epiſcopus ſuſpẽdi ab officio ab
alio,ꝙ a papa.ꝛ videť qđ ſic:q: hic permittiť archiepo.lȝ nõ poſ
ſit degradari,niſi a papa Ratio diuerſitatis,q: degradatio dif
18 ficilius permittiť.de cle.nõ reſi.ex tue.❡ †Ad gl.qrit gl.ij.an ta
libus monachis p curias principũ vagãtibus,ſi in aliqua admi
niſtratione capianť,an eis alimẽta debeãt miniſtrari.gl.dicit qđ
non:q: per eos eccłie ſcãdalizabanť.ne cle.vel mona.c.ſacerdoti
bus ❡ Gl.inueneris.querit quo poterit inueniri.gl.dicit qđ per
inquiſitionẽ.de ſimo.de regularib.vel euidẽtiã rei.de coha.cle.c.
veſtra.❡ Gl.propriũ.quid ſi nõ reſignauit:in ſterquilinio,ꝛc.de
19 ſta.mo.c.cũ ad monaſteriũ.❡ †Gl.plati.colligit qđ coercio mo
nachi primo loco ſpectat ad abbatẽ.all.de ſta.mona.c.ea,que.de
app.c.reprẽhẽſibilis.xxiij.q.iij.c.corripiatur.An hoc verũ ſit in
diſtincte,qđ correctio prio loco ſpectet ad abbatẽ.Hu.dicit qđ ſi
agatur in figura iudicij,ſolus epus debet cognoſcere:ſecus ſi agať
ſcđȝ regulã clauſtralẽ.i.q.i.de perſona.C.de pa.pol.iij.C.de emẽ
da.ꝓpin.l.vnica.gl.dicit q᷑ ꝓbabilius videť dicendũ qđ abbas.
ex quo eſt prelatus eccleſie collegiate,habeat iuriſdictionẽ.xv.q.
uij.c.j.ꝛ dig.ſ.c.cũ ab eccleſiarũ.patet qđ abbas poſſit excõica
re.de maio.ꝛ obe.cũ in eccleſijs.j.de ſimo.ſicut dicit gl.in hoc cõ
ſiderãdã cõſuetudinẽ,que tribuit iuriſdictionẽ.C.de emã.li.l.i.ꝛ
vlt.Inn.dicit qđ ſi abbas recepit bñdictionẽ,prio loco ad ipſuȝ
ſpectat correctio monachi,q: per illa recipit plenitudinẽ poteſta
tis.qđ patet,q: prius nõ põt benedicere monachos,nec portare
baculũ paſtoralẽ.lxxi.diſt.c.j.de etate,ꝛ quali.cum cõtingat.Si
non recipit,tunc dicit quod non poteſt tunc coercere.Jo.diſtin.
accedens.xciij.diſt.a ſubdiacono.dicit Ho.qđ hoc dictum vide
tur reprobari.de elec.tranſmiſſaȝ.vbi ſola cõfirmatiõe recipit iu
riſdictionẽ.Jo.And.remittit.eo.titu.venerabilem.Alij quod in
minorib⁹ corripiet abbas,in grauiorib⁹ epiſcopus.argumẽ.xc.
diſt.ſi qs monachus.de ſta.reg.ea,que in his,q̃ ſunt regule,ſolũ
ad abbatẽ,non ad epiſcopum:q: in his magis debet obedire ab
bati,ꝙ epiſcopo.Facit qđ no.viij.diſt.que contra.xi.q.iij.qui re
ſiſtit.vnde corriget eũ abbas,ꝛ puniet,tandẽ eũ expellet de mona
ſterio ſecundũ regulam a ſuperiore traditã:q: ex quo ipſum ſupe
rior approbauit,videť conceſſiſſe vt exequatur ea,que in regula
cõtinenť.Quod dic vt no.j.de reg.c.ſecundo.ꝛ.c.Jo.ꝛ.c.ſi.Et ſi
20 abbas ad hoc nõ ſufficit,poteſt auxiliũ epi implorari.❡ †Per
hoc infert qđ ſi accuſetur criminaliter monachus.reſpõdebit co
rã epiſcopo,cũ criminales cauſas nullus citra epiſcopum poſſit
tractare in eius dioceſi.xviij.q.ij.c.monaſteria.ꝛ de ꝑuo.c.de mo
21 nachis.ꝛ qđ ibi no.❡ †Per hoc infert qđ ſi agiť querimonia
ciuilis,vel de pecunia,non habet locũ:q: monachus non poteſt ci
uiliter cõueniri,cũ nõ habeat ꝓprium.xij.q.ij.c.nolo.ꝛ.c.non dic
catis.Unde ſi in ſcholis cõtraxit mutuũ ſine licẽtia abbatis,ille
qui cũ eo contraxit,ſibi poterit imputare:ſi cũ licentia,videtur
quod poſſit cotrahere mutuũ tẽpore neceſſitatis inſtantis.arg.
ff.de procu.ad rem mobilẽ.ꝛ.l.ad legatũ.quo caſu nõ cõueniť mo
nach⁹,ſȝ abbas,vel monaſteriũ:ꝛ iſto caſu abbas iudex nõ erit,
q: nõ põt ſimul eſſe iudex,ꝛ reus,ſecundũ Inn.ꝛ ſic recurreť ad
ordinariũ,ꝛ etiã cũ eſt in ſtudio põt monachus hoc caſu nomi
ne monaſterij conueniri,arg.l.ſi longius.ff.de iudi.de poſtu.c.j.alle
22 ij.ſin Hoſt.❡ In gl.prelati.ſup verbo,abbatis.l.ij.ꝛ vlti.tu dic
concludendo gl.ꝛ docto.ſi cõſuetudo, vel priuilegium aliquid
diſponit

diſponit de iuriſdictione talium ꝓlatorum inferioꝛū, illa eſt ſer-
uanda, per iura gl. alleg. gl. ſi nihil diſponit ad correctionem ſe-
cundum regulam quo ad obedientiam, ⁊ penitentiam, pꝛimo lo-
co eſt ſubiectus abbati, ⁊ in talibus debet magis obedire abbati,
ꝙ epo. viij. diſt. c. que cōtra. xj. q. iij. c. qui reſiſtit, ⁊ poterit eū coꝛ
rigere abbas, ⁊ tandē eum expellere de monaſterio ſecundum re-
gulā: q2 ex quo ipſum ſuperioꝛ appꝛobauit, videtur conceſſiſſe vt
exequatur omnia, que in regula cōtinētur. Ad quod no. de regu.
c. ij. c. Jo. ⁊ c. ſi. Si autem non agitur de correctione reſpectu re-
gule, ſed de alio proceſſu in foꝛma iuris, tunc in cauſa ciuili caſus
non competit: q2 monachus non poteſt ciuiliter conueniri, cum
non habet pꝛopriū. xij. q. ij. nolo. ⁊ c. non dicatis. Unde ſi in ſcho
lis contraxit mutuum, dum pfectus eſt ſine licētia abbatis, im-
putet ſibi creditoꝛ. Si tranſiuit cū cōſenſu, poteſt mutuū tempe-
ratū ex neceſſitate cōtrahere. arg. ff. de procu. c. ad rem mobilem.
⁊ l. ad legatū, quo caſu nō conuenitur monachus, ſed abbas, ⁊ mo
naſterium: ⁊ tunc habet monere iudex: q2 nō poteſt eſſe reus, ⁊ in
dex, ⁊ recurretur ad oꝛdinariū, ſecundū Jnn. vnde nunꝙ poterit
conueniri monachus. Licet Hoſt. det vnum caſum, in quo pote
rit conueniri ciuiliter: ⁊ tunc nō oꝛdinario, qꝛ eo exiſtente in ſtu-
dio de licētia abbatis poterit cōueniri monachus nomine mo-
naſterij ꝓpter abſentiā abbatis ⁊ monaſterij. argu. ff. de iudi. l. ſi
longius. quo ad criminales cās, que via accuſationis tractātur:
⁊ grauis iuriſdictio ſpectat ad epm. ix. diſt. ſi quis monachus. ⁊
nō ad abbatē: q2 ipſe nō poteſt tales cās tractare. xviij. q. ij. mo-
naſteria, ſi autē criminales ſint leues, quo ad illas poterit abbas
monachū coꝛrigere, qñ eſt confirmatus, vel quādo loco cōfirma-
21 tionis benedictionē recepit, ſecūdū Jnn. hic. ¶ † Nunquid aūt
benedictio ſit loco confirmationis. Jnn. tenet quod ſic, ⁊ qꝺ ante
non habet iuriſdictionē quantū ad potentiā coꝛrigendi. de ſup.
neg. pꝛela. c. j. ⁊ de elec. venerabilē. licet Hoſt. dicat hic ꝙ ſoli cō-
firmati recipiūt iuriſdictionē. de elec. trāſmiſſā. Jta apoſtillauit
tpe lecture in pꝛimo anno. Sed in ſequēti ſuperaddit queſtionē,
que ſequitur hanc gl. hic apoſtillatā. licet poſitā ſuo loco ſ. ʒ que-
ſtionē, vbi eſt hoc. Cōcludendo, dic ſi conſuetudo vel pꝛiuilegiū
aliquid diſponit de iuriſdictione aliorū pꝛelatorum inferioꝛum,
illa eſt ſeruanda, per iura, q̄ allegat gl. q2 cōſuetudo tribuit iuriſ-
dictionem. C. de eman. liber. l. j. ⁊ vltima. ſi non de iure quo ad re-
gularē obedientiā, ⁊ penitētiā abbati eſt ſubiectus, q poterit adeo
punire monachū, qꝺ incoꝛrigibilē pōt tādē expellere de clauſtro,
ſecundū regulā, que eſt appꝛobata: ꝛnā ſuperioꝛ appꝛobando ab-
batē, videt in hoc dediſſe iuriſdictionē, ⁊ ptātem abbati. de regu-
la. Jo. ⁊ c. ſi. quo ad ciuiles cauſas īpoſſibile eſt eū ſubijci alicui:
q2 monachus non habet ꝓpriū. xij. q. ij. non dicatis. Sed poſito
quod haberet adminiſtrationē, vt cū habet obedientiariam, vel
cū eſt in ſtudio de licentia abbatis: tunc ſi deberet conueniri, po-
terit cōueniri corā abbate reſpectu adminiſtrationis. ꝺ. c. cum ab
eccleſiarū. ſed cū eſt in ſtudio de licentia abbatis, ⁊ ibi contrahat
mutuū, pōt monachum hoc caſu nō le monaſterij corā oꝛdinario
loci, vel rectoꝛis cōueniri. de poſtu. c. j. ſecūdū Hoſt. ⁊ poterit ēt
in pdictis caſibꝰ cōueniri corā oꝛdinario, vt pꝫ per no. ꝺ. quo ad
criminales, que via accuſationis tractantꝛ, ſi graues epꝰ. de con-
ſue. c. ij. li. vj. faciūt no. ꝺ. de elec. trāſmiſſā ꝺ pbē. de monachis.
ſi leues, abbas. Et hoc intellige, qñ eſt cōfirmatus: ſi ꝯfirmationē
expectet, vel benedictionē, q2 per bñdictionē recipit iuriſdictio-
nem, que loco confirmationis habetur, ſm Jnn. Anto. de But.

1 ☞ Excommunicatus ab vno epo eſt ab alijs vitandus.
2 Pene ſunt a iure indirecte vt hominum malitia repꝛimatur.
3 Uiuendi iuſte regula generalis menſuratur vno ex articulis. x. ſi
deo, vcz iſtemini facias quod tibi fieri non vis.
4 Excommunicatus in vna eccleſia habetur etiā quo ad alias pro
excommunicato.
5 Sententia perſone afflictiua, ⁊ trahens ſecum executionem, ex-
tendit vires ſuas in perſonam.
6 Sententiam alterius iudicis debet vnus iudex executioni man-
dare, ⁊ facere obſeruari.
7 Sententia cenſure non ſuſpenditur per appellationem.
8 Excōicatio ſi petatur per querelā corā ſuperioꝛe tanꝙ iniuſta di
ci nulla ve abſolutionis beneficium excōicato concedatur, dꝫ ſu-
perioꝛ remittere cauſam ad excōicatoꝛem. nu. 26.
9 Sententia, que non tranſiuit in rem iudicatam, debet peti retra
ctari per viam querele.
10 Archiepiſcopus nō eſt maioꝛ epiſcopo ratione oꝛdinis licet ſit
ratione adminiſtrationis.
11 Excōicatus querelā deponēs corā ſuperioꝛe de iniuſta excōica-
tione offerens cautionem de parendo iuri, ⁊c. eſt abſoluendus ſi
ne difficultate.
12 Pꝛomiſſione liquidata facta coꝛam iudice poteſt per eundem
iudicem exequi, ſicut ſententia.
13 Pꝛeſumitur pꝛo ſententia excommunicationis, donec cōſtet de
contrario.
14 Sententia, qua quis pꝛiuatur cōmunione peragendoꝛum per
aliquos alios, ad que propter ipſius factū non dꝫ admitti, non
trahitur extra limites.
15 Archiepꝰ non ſe intromittit de factis ſubditoꝛum ſuffraganei
vbi vertitur queſtio inter ſubditos.
16 Epꝰ ſi petat per archiepiſcopum ſuum ſubditum diſtringi ad
mandata ſua ſeruanda, vel puniri, quia contemnit mandata, nō
debet tunc archiepiſcopus ſe intromittere.
17 Excommunicatus auditur in iudicio per appellationem, vel vt
reus. nume. 21.
18 Legis operatio, ⁊ eius finis qualis ſit.
19 Pene certe pꝛodite a iure canonico que ſint.
20 Sentētia cenſure quare non ſuſpendatꝛ per appellationē. nu. 25.
22 Abſolutio excommunicationis petita coꝛam ſuperioꝛe non ex-
communicante non remittitur fienda per excommunicatoꝛē, vbi
pꝛoceditur via appellationis.
23 Sententia cenſure per appellationē non tranſit in rem iudica-
tam, qꝛtum ad finem ſuſpendēdi, ⁊ retractandi.
24 Sententia cenſure per itineris arreptionem ad appellationem
releuandam in impediatur tranſire in rem iudicatam. nume. 27.
27 Appellaſſe non cenſetur quis per itineris arreptionem ad rele-
uandum appellationem.
28 Appellatio operatur vt non pꝛeſumatur pꝛo iuſtitia vel iniuſti-
tia ſententie.
29 Abſolutus, qui cauit ſatiſfacere, vel ſtare mādato excōmunica-
toꝛis, licet id non faciat, non reincidit in excommunicationē, ſed
reducitur ad excommunicatoꝛem.

1 Ad repꝛimendam. † Ab vno epo
excōicatus, ab alijs eſt vitandus, ⁊ archiepꝰ p
querelā aditꝰ nō abſoluit, niſi pꝛimo remittat.
h. d. Pꝛemittit generale exoꝛdiū, ex quo poſt-
ea infert ſpeciale mādatū obſeruari per alios:
ibi: ideoque. Et aliud mandatum per archiepiſcopum tantum
2 obſeruari, ibi: tu vero. ¶ † Pꝛimo nota finem pene a iure, ſta-
tute, vt hominū malitia repꝛimatꝛ. Ad hoc. ī in cōſtitu. Grego. ⁊
3 ff. de iuſti. ⁊ iur. l. ſi. ¶ † No. regulā generalē iuſte viuendi, ⁊ ciuili
ter, vt qꝺ in aliū operatur, menſuret in ſe, vt penſet ſi idem vellet
4 pati. Ad hoc. i. diſt. c. humanum genus. ¶ † No. ꝙ excōicatus in
vna eccleſia, quo ad alias habetur pro excōicato, ⁊ ſic eſt vitādꝰ.
Concoꝛd. iij. q. v. quiſqs. ⁊ ī. de iudicijs. c. j. Et ratio, q2 vna ſola
5 eſt eccleſia. xxiij. q. j. loquitur. ¶ † No. tertio qꝺ ſententia perſo-
ne afflictiua, ⁊ trahēs ſecū executionē, extendit vires ſuas in per
ſonā, ⁊ eam ſequitur, etiam extra limites territoꝛij ſententiantis.
6 ¶ † No. quarto qꝺ vnus iudex dꝫ executioni mandare, ⁊ facere
7 obſeruari alterius iudicis ſententiā. ¶ † No. quinto quod cēſure
ſnīa non ſuſpendiꝛ p appellationis obiectū. Ad hoc de appel. p
8 terea. ⁊ c. paſtoꝛalis. §. j. ⁊ c. ad hoc. ¶ † No. ſexto ꝙ ſi per quere-
lā aditꝰ ſuperioꝛ de iniuſta excōicatione, quia non eſt iudex teneꝛ
ad excōicatoꝛem remittere: vel etiam eſt iudex, ex vrbanitate de-
9 bet ad excommunicatoꝛem remittere, vt abſoluat. † Et not. vnā
practicā retractandi ſententias, que nō tranſeunt in rem iudica-
tā, vt petantur retractari per viā querele. Ad hoc de ſen. excō. ſa-
10 cro. ¶ † No. ſeptimo ꝙ rōne oꝛdinis archiepꝰ non eſt ſuperioꝛ
11 epo, lꝫ ſit maioꝛ epiſcopo rōne adminiſtrationis. ¶ † No. viij. ꝙ
excōicatus querelam deponēs coꝛam ſuperioꝛe de iniuſta excōi
catione, offerens cautionē de parēdo iuri, eſt abſqꝫ difficultate
abſoluendus: ⁊ tūc aūt excōicatori poſt abſolutionē cōſtat de iu
ſta excōicatione: ⁊ dꝫ facere preceptū vt pareat: alias dꝫ ipſū re-
ducere in eandē excōicationē. Aut conſtat ei ꝙ fuerit iniuſte ex
communicatus: ⁊ debet ipſum abſoluere, nec debet aliquid ex
12 vi iuramēti pꝛecipere. ¶ † Not. ꝙ liqdata pmiſſione facta corā
iudice, vel iuramento, illud poteſt p eundē iudicem exequi, ſicut
13 ſnīa: oꝫ tū ꝙ pꝛius liqdeꝛ, vbi nō eſt liquidū. ¶ † No. ꝙ p iuſti-
tia excōicationis vꝛ pꝛeſumi, donec de oppoſito cōſtat. De quo
14 dicā cū gl. Ad hoc. j. de ſen. excō. c. ſacro. ¶ † Opp. quo ad pri-
mā partē. c. ꝙ excōicatus ab vno epo ab alijs nō debeat vitari: ⁊
ſic ſnīa excōicationis extra limites excōicātis nō debeat ſeruari. c.
placuit. xviij. di. lviij. diſt. c. ſi qs de alterꝰ. So. Cōtrariū nō loq-
tur in ſnīa excōicationis, ſꝫ loquiꝛ in eo, q pꝛiuatꝛ cōione peragē-
doꝛū per aliquos alios, ad que ꝓpter ipſius factū nō dꝫ admitti.
15 De quo dic vt no. in. d. c. placuit. in gl. vlti. ¶ † Opp. poſt ad ſe-
cūdā ptē ꝙ archiepꝰ ſe nō intromittat de factis ſubditoꝝ ſuffra
ganeoꝛū. ī. c. paſtoꝛalis. So. Ubi qꝺ vertitur inter ſubditos, pce
dit cōtrariū: ſed ſi vertiꝛ inter epm, ⁊ ſubditū, ſecus, vt hic. Unde
dicit Jo. an. ꝙ hec materia expedita eſt p decre. venerabilibꝰ. de
ſen. excō. in. vj. ⁊ hoc eſt tenēdū dicūt tū qdā. Aut aditꝛ epꝰ p viā
appellationis, ⁊ ipſe iudex eſt: ⁊ abſoluere pōt abſqꝫ remiſſiōe, niſi
aliud opponaꝛ. Aut aditꝛ p viā qrele: ⁊ ſi fundaꝛ ꝫ ptē, remittit

ex neceſſitate. Aut infundit̃ ꝯ iudicẽ: ⁊ remittit ex vrbanitate, qꝛ
poteſt abſoluere, ⁊ abſolutiõe facta etiã põt cognoſcere de iniuſta
excõicatiõe, vt hic eſt caſus, ꝑmiſſis vocatis partib⁹. xi. q. iij. ex
cõicatos. de maio. ⁊ obe. ſtra quatuoꝛ. ⁊ hoc ꝓpter ꝯnexitatẽ cau
ſarũ: qꝛ eo ipſo qđ adit̃, deuoluit̃ poteſtas ad ipſum, tanq̃ oꝛdi-
nariũ, abſoluẽdi, ⁊ ꝑ ꝯſequẽs faciẽdi oĩa cõnexa. Cognoſcit ergo
vtrũ iuſte vel iniuſte, vt ſic remittat ad ſatiſfaciẽdũ, vel non. Idẽ
vĩ de legato, cui cõmiſſũ eſt, vt abſoluat cũ clauſula, vt audiat, ⁊
diffiniat, ſi quid fuerit queſtionis: ⁊ ſic loquit̃ de offi. deleg. cũ cõ
tingat. Idẽ ſi clauſula nõ apponit̃, ſed ſimpliciter iniungit̃ vt ab
ſoluat: qꝛ abſq; clauſula illa lʒ nõ poſſet cognoſcere de cã princi-
pali, põt tñ cognoſcere an iuſta vel iniuſta ſit excõicatio. de quo
de reſcriptis. ab excõicato. lʒ nõ cognoſcat õ ꝑncipali, cognoſcet
tñ de notoꝛia offenſa, ſi de illa excipiat̃. de ſen. excõ. ſolet. Tu ſer-
ua qđ dixi in. c. ꝑnudẽtiã. §. ſexta. Ubi autẽ nõ modũ cõtẽtionis,
ſʒ tanq̃ nudũ miniſteriũ cõmittit̃ abſolutio, nihil hʒ cognoſcere
16 delegatus. qđ dic vt de offi. dele. c. ſi. ¶ † Quid ſi ep̃s petat par-
chiep̃m ſuũ ſubditũ diſtringi ad mãdata ſua ſeruãda, vel puniri:
qꝛ cõtemnit mãdata ſua, vel excõicationẽ ꝑ ſe latã. Dic qđ nõ dʒ
ſe archiepiſcopus intromittere, qꝛ nõ eſt oꝛdinarius, ſed iri dʒ ad
arbitros. xi. q. i. ſi clericus, qꝛ de ſubditis ſuffraganeoꝛũ ſe nõ in-
tromittit, niſi per querelã de ep̃is, vel per appellationẽ adeatur.
ĩ. c. paſtoꝛalis. vel per relationẽ ep̃i. ẽ. titu. i. licet. xvij. q. i. nullus.
¶ Quandoq; refert queſtionẽ propter dubiũ ꝓbabile inter ſub-
ditos corã ſe vertentem, etiã inuitis partibus referre poteſt: ſed
ſi malitioſe id faceret, puniẽdus eſſet: vbi vero epiſcopus ageret
cõtra ſubditũ ciuiliter nec tacite, nec expꝛeſſe põt epiſcopus inui
to ſubdito referre negotiũ: ⁊ hoc ne illudatur illi capitulo, ſi cleri-
cus aduerſus clericũ, ⁊ ne cogatur ſubditus aduerſus metropoli
tanũ remotioꝛem iudicem laboꝛare. argu. de reſcriptis. nonnulli.
⁊ de appel. vt debitus. niſi ſubditus conſentiret: qꝛ metropolita-
nus eſt oꝛdinarius ep̃i, ⁊ ſubditus põt de cõſenſu epiſcopi in nõ
ſuũ iudicem conſentire. de fo. compe. ſignificaſti. Itẽ poſſent am
bo in aliũ vt arbitrium conſentire: q ⁊ oꝛdinarius erit ipſoꝛũ. qui
iuriſdictionẽ habebit a canone ſupꝛa dicto, ſi cleric⁹. ¶ Alteri⁹
tamen iuriſdictionẽ oꝛdinarij ſine metropolitani cõſenſu pꝛoꝛo-
gare nõ poſſet: qꝛ ſicut in ſubdito ep̃i exigit̃ ꝯſenſus, ſic i ſubdito
metropolitani conſenſus metropolitani. de fo. cõpe. ſignificaſti.
17 ¶ † Oppo. ſecundo extra gl. qđ nõ audiat̃ hic excõicatus: qꝛ in
iudicio nõ dʒ audiri: vt patet. de iudi. c. intelleximus. Sol. Au-
ditur in cauſa appellationis: vt patet de except. ſignificauerunt
18 de reſcriptis. c. i. li. vi. ¶ † Gl. i. querit de operatione legis, ⁊ eius
fine. dicit qđ eius operatio nõ eſt, vt quis bene facere cogatur, ſed
vt a malis retrahatur. xxiij. q. v. prodeſt, ⁊ finis cõſeruande ſocie
tatis hoĩm, vt boni inter malos quiete viuere poſſint. ecce gl. que
tibi demonſtrat operationẽ, ⁊ finẽ iuris canonici. Aduerte pri-
mo dictũ quod non compellat homines ad bonum: eſt verũ pre-
ciſe: alias nõ eſſet bene operari, ſi faceret violenter, ⁊ nõ ex electio
ne: vt dicit philoſophus pꝛimo, ethicoꝛũ: ſed bene cauſatiue alli-
cit ad boni ſpe. pꝛemioꝛũ. h. d. Iuriſcõſultus papi. in. l. i. ff. de iu
19 ſtitia, ⁊ iure. ¶ † Quero cũ gl. ij. que ſint pene certe pꝛodite a ca-
nonibus. dic vt in ea. ibi: traditionẽ. hoc ꝓcedit in falſario, qui ꝑ
ſe falſat literas pape. ibi: monaſteriũ. loquit̃ in eo, qui falſat cahr
tã, vel dicit falſum teſtimoniũ. Ibi: depoſitionẽ. loquitur in ho-
micida poſt homicidiũ promoto. ibi: ſi mala fama. loquit̃ in diſ-
famato, donec ſe purget. etiã in cõcubinario. ibi: ſi quis ſuadẽte.
loquit̃ in percutiente clericũ. ibi: ſi quis. a modo loquitur in cleri-
co, qui in ſacris feminã duxit. ibi: pꝛeſbyter. loquit̃ in pꝛeſbytero
foꝛnicatoꝛe, ⁊ de eo, qui deſeruit propꝛiũ epiſcopum. ibi: officij tã
tũ. loquitur in pꝛeſbytero, qui nõ legalibus nuptijs detinetur. ibi:
beneficij. loquit̃ in eo, qui malitioſe tranſit ad ſecundam eccleſiã.
ibi: cõis. loquitur in clerico ebꝛioſo. ibi: in fine. pꝛo hoc vide
Hoſt. in ſumma de penis. §. quot ſunt ſpecies ſuſpenſionis. ⁊ gl.
20 c. cupientes. de penis. in cle. ¶ † Gl. ſuper verbo. ſuſpendatur: qꝛ
alie clare ſunt, querit de ratiõe. aſſignat cauſam quare ſententia
cenſure nõ ſuſpendatur: qꝛ ipſa trahit ſecum executionẽ. c. paſto-
ralis. de appel. §. i. hec ratio nõ eſt bona: qꝛ ⁊ ſentẽtie infamãtes,
⁊ abſolutoꝛia ſententia trahunt ſecũ executionẽ: ⁊ tamẽ tales ſen
tentie ſuſpendunt̃. ff. de his, qui no. infa. ¶ Secundam rationẽ
aſſignat gl. quã etiã ſentit gl. in. c. ſacro. de ſenten. excõ. qꝛ cui ina-
daptabile eſt vnum de oppoſitis, ⁊ reliquum: qꝛ oppoſita cadũt
in idem, ſed tranſitur in rem iudicatam: inadaptabilis eſt ſuſpen
ſio per appellationem: propter qđ gl. pꝛeſupponit vnum, a quo
poſtea recedit, quod appellari poteſt quãdocunq; a ſententia cẽ-
ſure: qꝛ illa nunq̃ tranſit in rem iudicatam. Unde in terminis ſi
etiam poſt decem dies appelletur a ſententia cenſure ad metro-
politanum, poterit metropolitanus abſoluere, pꝛeſtita cautione
alias debita. hoc non placet domino Bernardo: qꝛ ex quo nõ ap
pellauit ante decẽ dies, poſtea appellare non poteſt: ideo per ap-
pellationẽ non transfert querelã ad metropolitanũ: vnde trãſitus

in rem iudicatã poteſt dupliciter conſiderari, ſicut opponi poteſt
duplici effectui ipſius appellatiõis, q̃ eſt ei oppoſita. ¶ Primo
ꝓut obuiat effectui ſuſpẽſiuo appellatiõis: ⁊ hoc reſpectu manis
eſt, qꝛ appellatiõ non poteſt operari hunc effectum. ¶ Secundo
ꝓut opponitur effectui deuolutiuo: ⁊ quo ad hũc effectũ operat̃
appellatio, ⁊ tranſitus, qꝛ poteſt eius oppoſitum, ſcilicet appella
tio hoc operari: tranſit ergo in rẽ iudicatã ſententie cenſure quo
ad effectũ deuolutionis appellationis impeditiuũ, non quo ad
effectũ ſuſpenſiuum, cuius reſpectu manis eſt. Quod not. qꝛ per
hoc patet qđ ſententie, que non trãſeunt in rẽ iudicatam: alis, vt
in cauſa matrimoniali. de re iudica. lateꝛ. ⁊ cõſanguinei. nunc po
terunt operari quo ad effectũ deuolutiuum. Sit ergo cautus vo-
lens ad ſuperioꝛẽ deuoluere, vt appellet. Eſt tamen verũ qđ epi-
ſcopus quãdocũq; requiſitus, ſi abſoluere non vellet, qđ hoc ipſo
grauaret: ⁊ per hoc iuſta foret cauſa appellãdi. qđ dicit abbas be
ne notandũ. ¶ Circa rationẽ autẽ quare tales ſententie non ſu-
ſpendantur appellatione, nõ inſiſto, qꝛ longa eſt materia: de qua
etiam docto. remittunt ad cap. preallega. paſtoꝛalis. ⁊ ibi dixi.
21 ¶ † Oppo. excõicatum non audiri appellantem, vel pꝛoſequen-
tem ſententiã reuocatam: quia non auditur in iudicio. de iudi. c.
intelleximus. ſo. excipe hos caſus. ſ. in cã reuocationis ſentẽtie, ⁊
in cauſa appellationis. de appel. cũ inter. ⁊. c. ſi. Item in alia recõ
22 uentus vt reus poteſt ſe defendere: vt dicta decre. ¶ † Oppo. gl.
qđ excõicatus non remittatur ad excõicatoꝛem de neceſſitate. di
cit gl. vt. ĩ. de ſen. excõmu. per tuas. dic, ſi metropolitanus aditur
via querele, procedit gl. ſi per viam appellationis, tunc verũ eſt
quod abſoluere poteſt. cauſa, qꝛ tunc iudex eſt: vnde ſi remittit,
remittit ex ſola neceſſitate. Nec obſt. qđ eo qđ adit ſuperioꝛẽ, vi
deatur appellaſſe. de appel. dilecti. ⁊. c. vt noſtrum. dicit gl. qđ iti-
neris arreptio non habet vim appel. poſt ſentẽtiã: qꝛ nõ poteſt ſer
uari foꝛma facta, cũ viua voce, aut in ſcriptis ſit appellãdũ. ff. de
app. l. ij. ſed ante ſententiã bene videt̃ appellare, qui proficiſcitur
ſuper hoc ad curiam, ſi illa non habet locũ in iudicio cepto. hodie
qui appellat, debet rationabilẽ cauſam exprimere, ⁊ ꝓpter illam
appellare. de app. delicto. ⁊ qꝛ non põt etiã in ipſa ſeruari foꝛma
cauſe exprimẽde. de appel. vt debitus. ⁊. c. coꝛdi. li. vi. dic. vt in di-
23 cta decre. dilecti. c. ad reprimẽdã. ¶ In ſi. gl. nõ ſuſpẽdit̃. no. gl. lʒ
ſentẽtie cẽſure ꝑ appellationẽ nõ trãſeãt in rẽ iudicatã q̃tũ ad fi-
nẽ ſuſpẽdẽdi, ⁊ retractandi, trãſeũt tamẽ quo ad modũ, ⁊ finẽ de-
uoluendi appel. viã ad ſuperioꝛẽ: ideo poſt. x. dies appellãdo non
deuolueret: qꝛ vbi ante. x. dies ꝑ appellationis viã, ⁊ per viã que-
rele, modo nõ poterit lapſo decẽnio niſi per viã querele, ⁊ ſimili-
ter ſi bis eſt appellatũ, ⁊ appellatio reiecta, nõ poterit tertio ꝑ viã
appellationis ad ſuperioꝛẽ cauſã deducere: qꝛ quo ad hoc trãſi-
uit in rẽ iudicatã. C. ne liceat tertio ꝓuocare. in rubꝛo, ⁊ in nigro.
Et hoc notabiliter dicit gl. ĩ. de frig. fraternitatis. In gl. ſup ꝟbo
foꝛnicario. ibi Tã. dixit que ſic intellecta nõ meret̃ repꝛobari. li-
cet Archid. eã repꝛobet. xxx. q. ij. lotharius. in quãtũ dixi a ſente
tia cẽſure nõ poſſe appellari poſt. x. dies ad finẽ deuoluẽdi, hoc vẽ
rũ, niſi nouũ detur grauamẽ. vnde hic dicit abb. ⁊ notabiliter, qđ
24 ſi excõicatoꝛ, ⁊c. Sequere vt habes in ſuo loco. ¶ † Gl. eõ queſt⁹.
vide in Spec. in. §. in quibus. verſi. xvij. gl. ⁊ no. ibi ꝑ tuas. dic ho
die, vt de ſentẽ. excõmu. c. venerabilibus. in. vj. per que deciduñt
hic ſcripta per Inn. ⁊ Hoſt. in ſi. gl. ⁊ per hoc videtur ſentire glo.
qđ itineris arreptio. ſʒ tu dic vt dixi, de appella. delicto. ⁊ in. c. vt
25 debitus. Iſta predicta dixit tẽpoꝛe lecture. ¶ † Uenio ad gl. que
eſt ſuper verbo nõ ſuſpẽdat̃. quod intermedie ſunt literales. ⁊ op-
po. qđ appel. excõicationis ſuſpendat ſentẽtiã. de appel. c. cum ſit
Romana. ⁊. c. ſepe. quod eſt contra literã. Solu. Dicit gl. quod
ſpeciale eſt in ſentẽtijs cẽſure, vt hic. Et aſſignat duas cauſas. pꝛi
ma, qꝛ ille trahũt ſecũ executionẽ immediate: ſic ſtatim ligãt. vel
nõ ligãt. de app. c. ꝑterea. ⁊. c. paſtoꝛalis. vñ cũ appellatio oꝛdinet̃
ad impediendã executionem. i. vt ſententia nõ liget, modo nihil
operabitur: vnõ aliquando oꝛdinatur ad deuoluendã cauſam, ꝓ
pter quã quis excõmunicatus eſt in pꝛeſentiã ſuperioꝛis. hec rõ
nõ eſt bona: qꝛ ⁊ ſententia abſolutoꝛia ſuper crimine, ⁊ ſuper infa
mia trahit ſecũ executionẽ, ⁊ tamẽ appellatur: vt patet. ff. de his,
qui no. infa. l. furti. Secũdo: qꝛ appellatio interponitur inter cete
ros effectus, ad effectũ vt impediatur tranſitus in rem iudicatã:
⁊ tales ſententie nõ trãſeunt: ergo appel. eſt fruſtratoꝛia. ¶ Per
quos infert gl. qđ cum ſententia non trãſeat in rem iudicata, ſem
per poterit appellari: qꝛ tranſire in rem iudicatam oꝛdinatur ad
impediendã potentiam ſuſpendendi: ſed tales ſententie ſuſpendi
non poſſunt, vt. ẽ. dictum eſt: ergo non tranſeunt in rẽ iudicatã:
⁊ per cõſequẽs ſemper poterit appellari. ſed ab iſto recedit: qꝛ da-
to quod non tranſit in rem iudicatam quo ad finem retractandi,
trãſit tamẽ quo ad finem deuoluendi. Per qđ dicit gl. quod ſi in
tendit quis ad ſuperioꝛẽ deuoluere cauſam, ⁊ que non tranſit in
rem iudicatã per viam appellatiõis, opoꝛtet qđ appellet intra. x.
dies: alis ſi appellat poſtea, nõ ſiet deuolutio per viã appellatio-
nis: ſed

nis:ſed oportet qꝺ tunc ſuperior adeatur per viam querele.quod
no.q: illud,quod dicitur,ſententias nõ tranſire in rem iudicatã
per viam appellationis.oportet qꝺ appellet intra decẽ dies: alias
ſi appellat poſtea,non fiet deuolutio per viã appellationis: pce-
dũt quo ad finem retractandi,ſed bene tranſeũt quo ad finẽ de-
uoluẽdi.Et ſimiliter poſſumus dicere in ſentẽtijs latis in cauſa
matrimoniali:vt in.c.lator.⁊.c.cõſanguinei.de re iudica.vnde di
cit hic abbas qꝺ licet poſt.x.dies non appelletur,ſi tamen requiſi
tus epiſcopus vt iniuſtã excõicationẽ reuocaret poſt decẽ dies,⁊
nõ reuocat,ab iſto grauamine poſſet appellari.qꝺ bene notandũ
eſt.Et ſic habes duas practicas retractandi ſententias,que non
trãſeũt in rem iudicatã.Prima per viã appellationis:⁊ oportet
ꝙ interponaſ intra.x.dies.Secunda,per viã querele:⁊ hec põt
quãdocunqꝫ intentari.Dic vt dixi de reſcriptis.ab excõmunica
26 to.⁊.c.ad audientiã.⁊ de reſti.ſpo.ex parte.¶ †Opp.cũ ſequẽti.
gl.ibi:⁊ no.ꝙ abſqꝫ remiſſione abſoluatur excõicatus a ſuperio-
ri.de ſen.excõ.c.per tuas.ſo.opi.ſunt.dicunt qꝺ archiepiſcopus
remittit de neceſſitate,vbi non fuit appellatũ,ſed fuit aditus per
viã querele.Alij dicũt qꝺ remiſſio fit omi caſu ex volũtate.Ho.
dicit,quicquid alibi dixerit,qꝺ regulariter eſt facienda remiſſio
de neceſſitate p archiepiſcopũ:nec abſoluere debet preter cõſcien
tiã epiſcopi,qui protulit.ſ.c.cum ab eccleſiarum.q: poſſibile eſt,
latã ꝓ offenſa manifeſta.de ver.ſigni.ex parte.⁊ ſic debet fieri re-
miſſio,vt per hoc certificetur metropolitanus, qualis etiã viã
ſit facienda abſolutio,vt hic.de reſcriptis.c.ab excõmunicato.
de offi.delegati.prudentiã.§.ſi.⁊.c.cũ cõtingat.quo caſu ſi abſol-
uat epiſcopus,bene quidẽ ſi nõ abſoluit.ĩ.terminũ.nec aliquid
reſcribit,vel nil rationabile pretendit,abſoluit archiepiſcopus:ſi
notoriã offenſam alleg.citet ⁊ procedat ſecundum decre.de ſen.
excõ.ſolet.vnde dicebat Inn.quod ſiue appellatũ ſit poſt ſenten
tiã3.ſiue non,ſemper remittendus eſt ad excõicatorem,qñ certũ
eſt tenere ſentẽtiã,vel dubitatur an ſit iuſta,vt hic,⁊ de ſentẽ.ex-
commu.per tuas.vbi loquitur de appellante.de ſenten.excõmu.
ſacro.vbi loquitur de nõ appellante.ſi certũ eſt ſententiã eſſe in-
iuſtam.non eſt remittendus.ſiue fuerit appellatũ.de appel.ſolici
tudinẽ.ſiue non.Et ſic poteſt intelligi decreta.per tuas.⁊ hoc te-
nuit hic gl.de omnibus his plene in.c.venerabilibus.de ſenten.
27 excõ.li.v.¶ †Sed videſ qꝺ hic ex neceſſitate remitti non debue
rit:q: hic arripuit iter,qꝺ habetur pro appellatione.de app.c.vt
noſtrum.poteſt dici qꝺ iter non fuit arreptũ intra.x.dies.vel dic
quod iter arreptũ habetur pro appellatione poſt ſentẽtiã:q: aut
ſtatim viua voce eſt appellandũ.aut in ſcriptis ex interuallo.ij.
q.vi.§.forma.ante ſentẽtiã bene habetur pro appellatione extra-
iudiciali.ſed nõ iudiciali:q: oportet quod cauſa exprimatur ap-
pellationis:⁊ ſic factũ tale non poteſt habere vim appellationis.
de appel.vt debitus.⁊.c.cordi.li.vi.tu dic vt in iuribus preallē.⁊
in dicto.c.vt debitus.¶ Ad glo.que vult ꝙ itineris arreptio ad
archiepiſcopũ habeat vim appellationis,ſicut ad papã3.Cõtra
rium ſentiunt hic doc.de quo dic:vt in.d.c.dilecti.de appellatio.
28 ¶ †Opp.cum vltima glo.quod ꝓ ſententia non preſumatur:⁊
ſic nõ arctetur ad probandam eam iniuſtam de proba.c.quoniã
cõtra.Solu.dicit glo.quod quando vertitur in dubiũ de iuſtitia
ſentẽtie pro ea preſumitur pro iuſtitia ſentẽtie,nõ pro rectitudi-
ne.Dic qꝺ pro vtroqꝫ preſumiſ,ſi nõ eſt appellatum:ſi eſt appel
latũ,preſumiſ pro neutra,vt ſcribit Inn.in duobus locis.in.c.
quoniã3 contra falſã3.⁊.ſ.de cle.bone.j.Ad hoc qꝺ no.de ſentẽ.
excõmu.ſacro.¶ Ultima gl.querit de practica ꝓcedẽdi,que eſt
clara.¶ Hoſt.inducit iſtum tex.pro opi.ſua,quod iuramẽtũ ſit
de forma abſolutionis.de quo de ſen.excõmu.c.cũ deſideres.⁊ p
29 bat a cõtrario ſenſu,⁊c.† Ulti.abbas inducit tex.qꝺ abſoluẽs
qui cauit ſatiſfacere,vel ſtare mandato excõmunicatoris,licet id
non faciat,non incidit,ſed reducitur ad excommunicatorẽ.Dic
hodie vt.j.de ſenten.excõmu.eo.in cle. Anto.

1 ☞ Patriarcha non cognoſcit de cauſis ſubiectorum epiſcopi,
vel archiepiſcopi ſui,niſi de priuilegio,vel conſuetudine preſcri-
pti,vel appellationis remedio.
2 Iuriſdictionem poſſunt dare tria,videlicet canon,priuilegium,⁊
conſuetudo.
3 Priuilegium quandoqꝫ conceditur eccleſie vt dignitati, quan-
doqꝫ perſone:⁊ honorari dicitur id quod priuilegiatur.
4 Patriarche poteſtas quõ cõmenſuratur poteſtati archiepiſcopi.
5 Exceptio contra ſuperiorem poteſt duobus modis formari.
6 Subditi alicuius ſuperioris vbicunqꝫ grauantur poteſt tunc ſu-
perior agere actione iniuriarum ſibi factarum.
7 Archiepiſcopus facere poteſt concilium ſine primate.
8 Temporis diuturnitas an inducat ſolutionẽ,vel obligationem.
9 Priuilegia conceſſa dignitati ſunt perpetua:ſecus tamen ſi per-
ſone dantur.
10 Papa poteſt detrahere iuri alterius eccleſie ⁊ alij conferre.
11 Iuriſdictioni alterius,quam ordinarij,ſi quis ſe ſubmiſerit,non
compellitur per eum in preiudicium ordinarij.etiam ſi ſit para
tus coram eo reſpondere ſubmittens.

1 D Uos ſimul. ¶ †Patriarcha nõ co
gnoſcit de cauſis ſubie-
ctorũ epiſcoporũ vel archiepiſcoporũ ſuorum,
niſi de priuilegio, vel conſuetudine preſcripta,
vel appellationis remedio.In prima,deciſa cõ
ſultatio.In ſcꝺa reſponſio ibi: cõſultationi.in
qua ponit regulam,⁊ caſus exceptos:ex quibus infert ad caſum
2 in ſpecie queſitum ibi:ꝗdiu.¶ †No.hic tria,que põt dare iuriſdi
tionẽ,canõ ⁊ priuilegiũ,⁊ conſuetudo:⁊ ſic vbi per viam iuris,
cõſuetudinis,vel priuilegij datur iuriſdictio,illa eſt ordinaria.de
3 hoc no.fuit.ſ.c.cum ab eccleſiarum.¶ †No.ſcꝺo quod priuile-
gium quãdoqꝫ cõceditur eccleſie vt dignitati, quãdoqꝫ perſone:
4 ⁊ qꝺ priuilegiaſ,dicitur honorari.¶ †No.tertio qꝺ patriarche
poteſtas quo ad ſubditos archiepiſcoporũ cõmenſuratur pote-
ſtati archiepiſcopi quo ad ſubditos ſuffraganeorũ.¶ No.ſum-
5 marium.¶ †Nota duos caſus,in quibus cognoſcit patriarcha
de cauſis ſubditorum,ſcilicet per viam appellationis,vel quan-
do habet hoc ex priuilegio,vel conſuetudine.⁊ ſic habes practi-
cam formandi exceptionem contra ſuperiorẽ,ſcilicet quod non
habet iuriſdictionem,eo q: ſubiectus eſt epiſcopo,nec cauſa eſt
delata per viam appellationis ad eum,vel priuilegio,vel conſue
6 tudine.¶ †Quero quo iure hic agebat archiepiſcopus.quidam
quod agebat ratione intereſſe:q: ſubditi grauabantur: quo caſu
dicit Inn.quod colligunt quidam qꝺ vbicunqꝫ ſubditi ab alio
grauantur,ſuperior agere poteſt.ſed dicit Inn.qꝺ potius proſe-
quebatur ſuam iniuriam,que ei fiebat,cũ ſue detraheretur iuriſ-
dictioni.Et quod epiſcopus agat pro parochiali eccleſia, patet
de ſucceſſio.ab inteſtato.c.ſi.⁊ vide de primo de appel.dilectus.
7 ¶ †An archiepiſcopus ſine primate faciat concilium.dic quod
ſic.xviij.di.c.j.vbi de hoc.¶ Ad gl.in fi.gl.ꝗ dic,maior eſt digni
tas quatuor patriarchalium ſedium, ⁊ plus honoris eo debetur.
de priuile.c.antiqua.de preben.c.graue.¶ Opp.gl.ij.quod ma-
le ſtet alternatiua vel,que cadit inter diuerſa:ſ3 patriarcha,⁊ pri-
mas eſt,idẽ gloſſa fatetur,ſed alternat nõ ſubſtantiam perſone,
ſed nominis diuerſitatem:quia eadem ſignificatur perſona:⁊ ſic
alternat diuerſitatem ſignificatis,non ſignificati.Facit qꝺ libel-
lus alternatiuus,vbi alternatur diuerſitas nominis rei,vel perſo
ne,admittatur,vnde ſi in libello dicitur cõuenio titium,vel mar-
cum,quia alias ſic vocatur procedit libellus.ſic ⁊ in re,⁊ in alijs,
8 que cadunt in vim ſynonimi.¶ †Gl.in ver.⁊ eſt argumentum
colligit temporis diuturnitatẽ,ſolutionem,⁊ obligationem pa-
rere.alle.concor.Et opp.de.c.ſi quorundam.de excẽſ.prela.ſoluit
quod tempus non eſt modus inducende obligationis:ſed tẽpus
cum exercitio actus cauſat quandam poſſeſſionem:q: non pri-
uatur niſi liqueat eum vi,clam,precario poſſidere:vt lite penden
te.per totum.Ho.dicit quod tempus non inducit obligationem
perſonalem,ſed querit iuriſdictionem,vt hic facta preſcriptio:ſic
⁊ alias datur priuato.de foro competen.cũ contingat.C.de emã
ci.li.i.prima.ix.q.iij.cap.conqueſtus. Item inducit preſcriptio-
nem ex qua ius acquiritur.de preſcriptio.per totũ. Item quan-
doqꝫ inducit preſumptionem iuris,⁊ de iure.ff.de vſuris.l.cum
de in rem verſo.obligationem non,vt in contrarijs.C.de pact.l.
9 certis annis.¶ †Gl.priuilegia.opp.qꝺ nõ ſint perpetua.xv.q.j.
c.petiſti.ſolu.conceſſa dignitati ſunt perpetua,ſicut ⁊ dignitas:
conceſſa perſone extinguuntur cum perſona.¶ In fine gl.adde
10 ⁊ de regulis iuris.priuilegium.libro ſexto. ¶ †Glo.priuilegio.
colligit quod papa poteſt detrahere iuri alterius eccleſie,⁊ alij
11 conferre,⁊ de hoc nullus dubitat.¶ †Glo.voluerunt.opp.quod
etiam ſi nolunt reſpondere coram archiepiſcopo,non compellã-
tur litigare coram patriarcha:quia ex quo non eſt negligens epi
ſcopus,non deuoluitur iuriſdictio ad archiepiſcopũ.infra capi.
irrefragabili.§.ceterum.Solutio.ſupple maxime:q: idem ſi vo-
luerint,q: velint reſpondere,vel non velint,compelli nõ poſſunt
ab archiepiſcopo,cuius prorogauerunt iuriſdictionem,⁊ cũ con
ſenſu archiepiſcopi.tamen aliqui dixerũt quod ad tex.erat ſub-
audiendum:⁊ tu paratus es iuſtitiam illis exhibere:⁊ ſic ex quo
epiſcopus requiſitus,⁊c.⁊ ſic poſuit ſummari,argumen.a contra
rio ſenſu:alias procedit ſubauditio glo.Antonius.

1 ☞ Archiepiſcopus impeditus,conſecrationem ſuffraganei cõ-
mittere poteſt.
2 Delegari non debent ea,que ſunt ordinis epiſcopalis,tanꝗ me-
ri imperij,niſi ab impedito.
3 Conſecratio a non catholico non prodeſt quo ad executionem.
4 Conſecrandi poteſtate non poteſt papa priuare aliquem,nec po
teſt committi niſi habenti poteſtatem conſecrandi de iure.
5 Iuris cõmunis poteſtate priuatus eſt ſubtractus a gratia pape.
6 Delegare vices ſuas poteſt archiepiſcopus,⁊ recipere cõpellitur
quod commiſit.

7 Conſecrari non poteſt epiſcopus ſine conſenſu, iuſſu, vel preſentia archiepiſcopi.
8 Epiſcopus conſecratus iuſſu archiepiſcopi debet viſitare archiepiſcopum infra duos menſes: ⁊ ſi non poſſit, vt quia iuſta cauſa impeditus, hoc ei ſignificet.
9 Conſecrationem epiſcopi recipere compellitur ordinarius.
10 Juriſdictionem non habentibus poſſunt committi ea, que ſunt iuriſdictionis. nu. 12.
11 Conſecrandi poteſtas eſt a Deo, ⁊ datur tantum conſecratis, ideo non poteſt delegari.
13 Delegari poſſunt a principe illa, que ſunt meri, ⁊ miſti imperij, ſecundum leges, ⁊ canones.
14 Delegari non poſſunt ſecundum canones ea, que ſunt meri imperij, vt ſumendo ea, que annectuntur ordini epiſcopali, niſi alias poteſtatem habenti.
15 Delegari poſſunt ea, que ſunt meri imperij, vt ſunt cauſe, que expediuntur officio iudicis nobili, in fauorem publice vtilitatis.
16 Delegari non poſſunt ea, que ſunt miſti imperij, vt que expediuntur officio iudicis nobili in finem priuate vtilitatis.
17 Gratia pape quando quis dicatur ſubtractus.
18 Conſecrandi poteſtatem poteſt quis, etiam non impeditus, committere, ſed non delegare.
19 Conſecrandi epiſcopum poteſtatem poteſt archiepiſcopus committere alteri epiſcopo non ſubdito.

1 QUod ſedem. ¶ † Archiepiſcopus impeditus conſecrationem
ſuffraganei committere poteſt. hoc dicit. Cõmunis
2 diuiſio. ſecunda ibi conſultationi. ¶ † No. primo qđ
ea, que ſunt ordinis epiſcopalis, tanq̃ meri imperij, non delega-
3 tur niſi ab impedito: quod eſt verum de honeſtate. ¶ † Nota ſe-
cundo qđ conſecratio a nõ catholico non prodeſt quo ad execu-
4 tionem. ¶ † Nota tertio quod papa poteſt quem priuare poteſta-
te conſecrandi. ⁊ no. quod poteſtas conſecrandi non poteſt com-
mitti, niſi alias habenti poteſtatem conſecrandi de iure, vel qui
habeat conſecrationem, ad hoc de conſecra. eccle. vel alta. aqua.
5 ¶ † Nota quarto quod ſubtractus a gratia pape, priuatus eſt
6 omni poteſtate iuris cõmunis, ⁊ ad illam conſecutiua. ¶ † Glo.
prima querit an archiepiſcopus poſſit delegare vices ſuas. Dic
quod ſic, vt hic: ⁊ compellitur quod cõmiſit recipere: vt. j. c. pro-
7 ximo. ¶ † Quero an ſine iuſſu, vel pñtia archiepiſcopi, epiſco-
8 pus conſecretur. dic quod non. lxv. diſt. non debet. cũ ſimi. † ⁊ cõ-
ſecratus debet viſitare archiepiſcopum intra duos menſes: ⁊ ſi
nõ poſſit impeditus iuſta cauſa, hoc ei ſignificet. lxv. diſt. ſi quis.
9 † Sed an ordinarius compellatur recipere cõſecrationem ab eo,
cui mandatur. dicit quod ſic, licet grauetur: q: hic mandauit iure
10 re ſuo. ¶ † Glo. in verbo, archiepiſcopus poteſt. opponere videt
quod poſſit committere iuriſdictionem non habenti. infra cap.
11 proximo. † Sol. ea, que ſunt iuriſdictionis, committuntur alias
non habẽtibus, vt ibi: q: data eſt poteſtas ſuperiori, vt facere poſ
ſit iudicem, non iudicem: ſed non poteſt ea, que ſunt conſecratio-
nis, committere non conſecratis. Ratio eſt, quia poteſtas conſe
crandi eſt a Deo: ⁊ datur certo generi perſonarum vt conſecra-
tis. anteq̃ ergo ſint conſecrati, hec poteſtas eis non poteſt attri-
bui, infra de conſecr. eccle. vel altaris. aqua. Sed ſi opponatur cõ
tra, q: video quod epiſcopus non poteſt conſecrare, vt hic, ⁊ ta-
men ſi ei committitur, poteſt ergo non ex deo, ſed ab homine. at-
tende, poteſtas cõſecrandi eſt a Deo, ⁊ eã habet virtualiter quili
bet cõſecratus, dũ tamen hoc faciat in eum, in quẽ habet autho-
ritatẽ, ſed alio habente anthoritatem non deficit ſibi habitus po
tentie conſecrandi, ſed exercitium. propter quod glo. infert quod
hec poteſtas non habetur ab archiepiſcopo, nec ipſe proprie dici
tur committere, ſed mandare. quod no. quia differentia eſt inter
committere, ⁊ mandare. vel exercitium ligatum bene dicitur diſ
ſoluere propter colorem authoritatis. probat, q: videmus quod
ad petitionem capituli conſecrat epiſcopus, ⁊ tamen capitulum
non habet poteſtatem conſecrandi: ⁊ ſic eam cõmittere non põt.
12 ¶ † Nota primo ex gl. qđ in his, que transferuntur a cõmittẽte,
commiſſio fieri non poteſt, niſi alias poteſtatẽ habenti, ⁊ ea, que
poſſunt transferri a cõmittente poſſunt cõmitti etiam alias po-
teſtatẽ non habẽti. ad hoc facit lex, priuatorũ. C. de iuriſdi. omn.
13 iudic. ¶ † Opponit eadem gloſſa quod etiam, que ſunt meri im-
perij, delegentur: vt. xxiij. q. iij. cap. illud. vbi epiſcopi depoſitio
committitur. Sol. dicit quod committit ea, que ſunt meri impe-
rij, ſecundum canones, licet ſecundum leges non poſſint niſi in
abſentia. ⁊ hic loquitur in poteſtate reſpectu ordinis, non iuriſ-
dictionis. qui regulis iuriſdictionalibus non ligatur. Idẽ de ra-
pto. cap. in archiepiſcopatu. de reſtitu. in integ. c. penul. ⁊ vide de
officio delegati. cap. venerabili. ⁊ ibi idem dixi. vnde ſi queritur:
de iure canonico, an illa, que ſunt meri, vel miſti imperij delegen-
tur: dic ſi delegantur a principe, non eſt dubium, ⁊ de iure ciuili, ⁊
canonico. Ad hoc capitulum illud allegat glo. nota. in. l. a diuo. ff. de re iudica. ⁊ in. l. placet. C. de pedaneis iudi. ⁊ in. l. prima. C. qui pro ſua iuriſdi. ab inferiore a principe ex cauſa abſentie poteſt etiam de iure ciuili, ⁊ canonico. l. prima. ff. de offic. eius, cui man. eſt iuriſdi. Idem in quocunq; impedito, licet inter eos ſint opiniones. In iudice autem non impedito de iure ciuili, non de iure canonico ſic. Doc. varie loquuntur. gloſ. hic quod ſic. Idem gl. de rapto. in archiepiſcopatu. Gof. de offic. delegati. venerabilem. Idem ⁊ glo. ſupra de offic. delega. ſuper queſtionum. §. intentionis. Idem Vincẽ. vt notat Archidiaconus. xcv. diſt. peruenit. Hoc tenet Archidiac. ibi. De hoc plene tractatur. xxiij. q. iiij. illud. Idem Specu. in titu. de offici. deleg. §. excipi. verſicu. item quod eſt delegatus. iiij. col. Idem Joan. xcv. diſt. peruenit. vbi dicit quod nihil habent epiſcopi indelegabile, niſi palium. de vſu pal. ad hec. Dic, quedam dicuntur meri imperij, id eſt ſupremi: q: ia reſeruata ſunt pape: ⁊ illa tranſeunt, ſi princeps hoc vult expreſſe. de offic. deleg. quod tranſlationem. ⁊ quod ibi no. a delegato pape autem non credo quod ſubdelegari poſſint: quia grauitate negotij induſtria videtur electa: vt in. c. ſi. ſupra. de officio dele. ⁊ vide gl. de offi. lega. c. ſecundo. ⁊ cap. quod tranſlationem.
14 ¶ † Quedam ſunt meri imperij ſumẽdo pro his, que annectuntur
ordini epiſcopali: ⁊ talia nõ ſunt delegabilia, niſi alias poteſtatẽ
habenti, vt hic, ⁊ in cap. aqua. alleg. in glo. ⁊ ſi dentur alias habẽ
ti poteſtatem non delegantur, ſed poteſtas iuris competens exci
tatur. Ita dicit Spec. in titu. de iuriſdi. omn. iudic. §. ⁊ no. xi. col.
15 ¶ † Quedam ſunt meri imperij ſumendo ſecundũ leges, vt ſunt
cauſe, que expediuntur iudicis officio nobili in fauorem publice
vtilitatis, vt punitio delictorum: ⁊ talia ſunt denegabilia ſecun-
dum canones, maxime ab impedito. ⁊ hoc tene, licet Jo. xxiij. q.
iiij. cap. his dicat quod non ſunt delegabilia, niſi vbi committẽs
cognoſcere non poteſt, vt in cauſa ſanguinis. ad hoc gloſſ. hic.
16 ¶ † Quedam ſunt imperij miſti, vt que expediuntur officio iu-
dicis nobili in finem priuate vtilitatis, ⁊ eſt actus miſſionis in
poſſeſſionẽ: ⁊ talia adhuc ſunt indelegabilia ſecundum leges, ſed
ſecundum canones delegantur. exemplum, mittere in poſſeſſio-
nem eſt miſti imperij, quia inquantum mittitur in poſſeſſionem,
expeditur officio mercenario: punire autem cõtumaciam, ſi qua
contingit, fiat ex officio nobili: vt ratione iſtius actus tanq̃ no-
bilions denominatur. Si ſunt iuriſdictiõis ſimplicis, vt que ex-
pediuntur officio iudicis, ⁊ deſeruienti actioni in finem priuate
17 vtilitatis ⁊ tali a ſecũdũ vtrunq; ius ſunt delegabilia. ¶ † Que-
ro quando dicatur ſubtractio gratie. Dic, quando eſt excommu
nicatus ſuſpẽſus, vel ſchiſmaticus. de electio. quia diligentia. cũ
ſi. quo caſu non conferunt executionem, licet conferant characte
18 rem. ¶ † Poſt gl. quero primo an non impeditus poterit alteri
delegare poteſtatẽ conſecrandi. Hoſt. dicit qđ non de honeſtate,
ſed de iure poteſt: quia a iure habet poteſtatem committẽdi, ⁊ ſic
committere poterit etiam non impeditus. de officio delegati. pa
19 ſtoralis. † An poſſit committere alteri epiſcopo ſibi ſubiecto. dic
qđ licet honeſtum ſit committere ſuffraganeo, poteſt tamen alte
ri cuicunq; epiſcopo committere, de conſecra. eccleſie, vel altaris.
aqua. de quo. de electio. ſuffraganeis ſecundum Hoſtien.

1 ☞ Archiepiſcopus cauſam ad ſe per appellationem deuolutam committere poteſt ſubdito ſuffraganei, ſed illum ad ſuſcipiendũ compellere nequit.
2 Archiepiſcopus quando poſſit habere iuriſdictionem in ſubditos ſuffraganei.
3 Juriſdictiõis volũtarie actus põt exerceri in nõ ſubditũ volũtẽ.
4 Juriſdictio prorogatur abſq; conſenſu ſui iudicis in his, que ſunt voluntarie iuriſdictionis, vbi prorogatio non fit a domino diuerſam ſpeciem iuriſdictionis.
5 Delegatus pape compellere poteſt ſubdelegatũ ad cauſam ſubdelegationis ſubeundam.
6 Delegare eſt voluntarie iuriſdictionis, non autem contentioſe.
7 Appellationis cauſam non debet iudex appellationis committere, ſed eam per ſe examinare.
8 Delegatus pape, ſeu archiepiſcopus quare poſſint cauſas ſubdelegare, non autem alter iudex inferior.
9 Juriſdictionẽ habet archiepiſcopus in ſubditos ſuffraganei per appellationem, ⁊ in appellantem, ⁊ appellatum tantum. nu. 19.
10 Juriſdictionem habet archiepiſcopus in ſubditos ſuffraganei, ⁊ quemcunq; de dioceſi vbi de partium conſenſu cognoſcit.
11 Archiepũs pinguius habet ius in epm̃, q̃ in ſubditum epĩ: q: in primum habet regularem iuriſdictionẽ in ſecundum caſualem.
12 Juriſdictio caſualis quam habet archiepiſcopus in ſubditos epiſcopi, an procedat in ſubditos ſuorum ſubditorum.
13 Juriſdictio inter equales ordinarios preuenitur per actum citationis: ⁊ ſi concurrant citationes ſimul prefertur qui eſt maior in dignitate.

Citatione

Citatione fit preuentio in iuriſdictione.
14 Iudex ordinarius an poſſit reuocare inferiorem ordinarium vt de cauſa cognoſcat.ex quo cepit.
15 Archiepiſcopus eſt ordinarius totius prouincie ⁊ eius gerit ſolicitudinem vniuerſaliter,ſed non ſingulariter.nu.ſeq.
16 Totius nomen denotat vniuerſalitatem,⁊ non particularitatē,ſeu ſingularitatem.
17 Iuriſdictio particularis,ſeu ſingularis deuoluitur ad ſuperiorē per negligentiam ordinarij particularis.ſiue ſit in cauſa ciuili,vel criminali.
18 Archiepiſcopus quando habet iuriſdictionem particularem in ſubditos ſui ſuffraganei.nu.ſeq.
20 Maius habens cenſetur habere etiam minus.
21 Archiepiſcopus poteſt compellere ſuffraganeum vt ſubditum compellat ad iuriſdictionem ſuſcipiendam,⁊ alias vtrunqȝ,ſi intra tempus congruum ad hoc prefixum non fecerit.
22 Animaduertere quid eſt.

1 **PAſtoralis.** ¶ †Archiepiſcopus cām ad ſe per appellationem delatam ſubdito ſuffraganei cōmittere poteſt,ſed illū ad ſuſcipiendum cōpellere nequit.h.d.vſqȝ ad.§.preterea. Pri⁹ io
2 ponit queſtio.Secūdo eius ſolutio,ibi:ad qd. ¶ †Nota hic tres
regulas.prima.qd archiepiſcopus in ſubditos ſuffraganeis hȝ iuriſdictionē,⁊ exercitiū voluntarie iuriſdictionis,quatenus exercetur
in volentē,nō etiā cōtentioſe.Secunda regula,qd archiepiſcopus regulariter nō habet iuriſdictionis exercitiū in ſubiectos ſuffraganeis,
fallit in caſu appellationis,⁊ hoc ideo,q: in appellatione principaliter appellās cōqueritur de iudice.i.de app.interpoſita.§.fi.ideo
unnectitur caſus iſte tertie regule tertia regula qd archiepiſcopus regulariter eſt iudex ſuffraganeorū,qñ contra ſuffraganeos agitur.Ex
prima regula infertur qd archiepiſcopus ſubiecto ſuffraganei cām delegare pōt:q: actus eſt voluntarie iuriſdictionis:ſed nō poteſt
3 cōpellere,q: hic actus exercetur in inuitum. ¶ †No.qd actus voluntarie iuriſdictionis pōt exerceri in nō ſubiectū volentē.⁊ hoc,
4 q: ex quo volens,ſurgit quedā tacita prorogatio.†⁊ ex hoc no.qd in his que ſunt voluntarie iuriſdictionis prorogatur iuriſdictio
abſqȝ cōſenſu ſui iudicis.qd verū qñ nō fit prorogatio ad omnino diuerſam ſpeciem iuriſdictionis:alias ſecus,maxime in his,
que ſupreme poteſtatis.qui fil.ſint legi.c.per venerabilē. ¶ Habitis duabus opi.in margine,⁊ duabus in ordine alterius quinter
5 ni.†Op.qd qui habet poteſtatē delegandi habeat poteſtatem coercendi.vnde opp.de.c.ex literis.s.de offi.dele.⁊ de no.in.c.paſtoralis.in princi.eo.ti.So.contrariū procedit in eo,qui habet poteſtate in illum cui delegat,videlicet q: eſt delegatus,vel legatus
pape.Iſte autē tex.procedit in eo,qui habet poteſtatē in eum cui
6 delegat. ¶ †Nō ob.ſi archiepiſcopus poteſt delegare,ergo ⁊ cōpellere:q: hec non eſt bona cōſequentia,cū delegare ſit voluntarie iuriſdictionis:vt patȝ per no.s.ti.i.c.nouit.non autem cōtētio
7 ſe:⁊.l.obſeruare.in ſi.ff.de offi.proconſul.⁊ lega. ¶ †Opp.quod hic archiepiſcopus non poſſit delegare cauſam appellationis.ſȝ
per ſe ipſum illam cognoſcere debet.d.§.pe.in authen.vt defun.ſeu.fun.colla.v.vbi habetur quod iudex appellationē per ſe exa-
8 minat,non cōmittit.†Sol dic vt no.ſuit.s.de offi.deleg.c.ſuper queſtionum.§.intentionis.in gl.ij dixit tamen hic Ho.quod poteſt dici quod ſpeciale ſit in archiepiſcopis.⁊ alijs prelatis immediate ſubiectis domino pape,vt cōmittere poſſint:⁊ hoc ne partes nimium grauētur ex remotione locorū eundo ad dominum
papam.argu.in aut.de queſtore.coll.i.cum enim a tali delegato poſſit appellari,non eſt ibi medius,qui poſſit fraudari. ¶ Opp.
quinto ad idem,q: ſi ſuffraganei poſſunt compellere,ergo ⁊ archiepiſcopus:quia ſi vinco vincentē te,ergo ⁊c.ſo.patet ex ſupra
9 dictis. ¶ †Opp.ad idem:quia ex quo cauſa eſt delegata per appellationem,habet iuriſdictionem archiepiſcopus in ſubditos
ſuffraganei appe.remota:⁊ dȝ cōmittere(ſi cōmittit)cām in dioceſi illius ſuffraganei,a quo eſt appellatū.i.c.vt litigantes.libro
vi.vel in ſua propria ipſius archiepiſcopi:ergo ⁊ cogere pōt inuitum.
10 ¶ †So.licet debeat,ſi cōmittit,cōmittere in dioceſi ſuffraganei,a quo eſt appellatum:⁊ licet habeat iuriſdictionem in appellantem,⁊ appellatum,non ſequitur quod habeat poteſtatem in
alium de illa dioceſi,poſſet tamen archiepiſcopus per ſe ipſum cognoſcere de cauſa illa in illa dioceſi,vel etiam alia ſȝ quācunqȝ de dioceſi.ſibi ſubiectum de conſenſu partium:quia ſuo fauori poſſunt
11 partes renuntiare.de regular.c.ad apoſtolicam. ¶ †Gl.i.notat quod pinguius ius habeat archiepiſcopus in epiſcopum,ꝙ in
ſubditis epiſcopo:quia in primum habet regularem,in ſecundū
12 caſualem.ea.gl.in verbo,†ſed nūquid.An idem ſit in epiſcopo quo ad ſubditos ſuorum ſubditorū,opi.ſunt.Prima opi.qd nō:
q: epiſcopus eis preponitur,ſi voluerit cognoſcere per ſe de cauſis ſubditorū:q: ordinarius eſt omnium de ſua dioceſi.xi.q.ij.c.de
perſona.arg ad hoc.ff.de iudi.l.iudiciū.ſed archiepiſcopus non eſt iudex ordinarius totius prouincie,niſi epiſcoporum,⁊ niſi in
caſibus,quos enumerat gl.ſecūda.hec eſt opi.Hu.⁊ vincē quaſi dicat,poteſtas inferiorum epiſcopo non eximit ſubiectos a poteſtate epiſcopi.ſed accumulat poteſtatem ſpeciali generalē:⁊ hoc
quando non ad iuuandū, ſed quando ad principaliter puniēdū
22 vocatur. ¶ † Quero primo an iſte pꝛeſul debeat eſſe epiſcopus.
aliqui hic dixerunt qꝺ non: cū appellatione pꝛeſulis poſſit com-
prehendi quilibet prelatus, cū ſit nomen generale, ꝛ ſicut nomen
preſidis: ve. l. i. ff. de offi. preſidis. ꝛ prepoſiti. ĩ. de verb. ſign. q̄uis
alij, vt Ho. dicit, ꝛ abb. intelligunt de preſule epiſcopo: qꝛ alr̄ nō
poſſet ordines celebrare. fatentur tn̄ qꝺ nō erit epiſcopus illius
loci, ſed erit vicarius epiſcopi loci, ꝛ etiā vult tex. ꝛ glo. Si ergo
parochiam erūt greci, habebit vicarius grecos, vt ſic prouideat
23 illis circa pōtificalia exhibēda. Et ideo. ¶ † Quero ſcꝺo an epi-
ſcopus hic extra quatuor tempora poſſit grecos ordinare. dic qꝺ
ſic: quia quo ad ritum Grecorū hoc non eſt adhuc improbatuꝫ.
24 de quo de tēpo. ordi. quo tranſlationi. ¶ † Extra gl. quero an in-
uocatio brachij ſecularis poſſet fieri a quolibet iudice ordinario.
hic probatur de delegato eſt dubium: ideo fertur per Arcan. c. vt
officium. de hereticis. lib. vj. qꝺ in ſi. gl. finalis quedā fuit additio
Bernardi in originali, qui dixit ibi qꝺ omnia iſta iura loquunt
in ordinario: ſecus in delegato: qui non pōt inuocare brachiū ſe-
culare. qꝺ reprobat Jo. an. dicēs ſe vidiſſe originale. ideo dicit qꝺ
nō putat qꝺ fuit additio Ber. tū qꝛ in ſuis addi. non inuenit, tū
qꝛ ipſe tenet cōtrariū de off. dele. c. j. li. vi. in ſi. ſecundū gl. vbi reci
tatur ſua opi. ꝛ idem Jnn. in. c. i. de off. dele. Anton.

1 Jnſtituendi ſunt in cathedralibus eccleſijs, ꝛ collegiatis viri idonei.
2 Chriſtianus populus eget neceſſario verbo Dei, ſine quo anima viuere non poteſt. nu. 4.
3 Argui licet de actu corporali materiali ad ſpiritualem.
5 Scientie defectus reprobatur in epiſcopis.
6 Preſidentes principales non multiplicantur propter amplitudinem populi, ſed vicegerentes deputantur, vt eis ſubueniatur.
7 Predicator vt ſit bonus que requirantur.
8 Predicādi officium competit iure communi dioceſano, nec per alium exercetur, niſi per commiſſionem dioceſani.
9 Viſitandi ꝛ predicandi officium poteſt ex cauſa ab epiſcopo cō mitti.
10 Predicanti neceſſaria ſunt ab epiſcopo miniſtranda.
11 Eccleſie cathedrali debent inſtitui viri idonei, ꝛ tales, qui cōmode poſſint epiſcopum coadiuuare in officio predicandi, ꝛc.
12 Predicandi officium non committitur a delegato.
13 Viſitatores noīe epiſcopi ſumūt neceſſaria pro vita a viſitatis.
14 Religioſi regulares neceſſario non debent eſſe inſtructe perſone ad predicandum.
15 Ordinans indignum mortaliter peccat, ꝛ pro eis orandum eſt, ex quo multi in laqueum incidunt.
16 Epiſcopus ſupplet inferiorum negligentiam in collationibus, ꝛ alijs in ordinandis.
17 Prebendatus ſi negligat ordinari, remouetur.
18 Predicandi officium eſt priuilegiatum.
19 Predicare nullus poteſt ſine licentia epiſcopi, niſi mittatur a ſede apoſtolica.
20 Legato principis ad prouinciam an debeantur expenſe.
21 Viſitatori debetur procuratio, niſi appareat de alia cōuentione.

1 Inter cetera. ¶ † Jn cathedralibus, ꝛ collegiatis eccleſijs inſtituē
di ſunt viri idonei, quibus, cū expedierit, epiſcopi poſ
ſint committere viſitationes, predicationes, ꝛ confeſ-
ſionum auditiones. h. d. Jn prima exordiū. Jn ſcꝺa cōſtitutio,
2 ibi: vnde cū. Jn tertia pena, ibi: ſi quis. ¶ † Nota primo qꝺ verbo
3 Dei neceſſario eget populus chriſtianus. ¶ † Nota ſcꝺo qꝺ de
4 actu corporali materiali licitum eſt argui ad ſpirituale. ¶ † Not.
tertio qꝺ ſicut corpus indiget materiali cibo, ita anima ſpiritua-
li: qui cibus ſpiritualis eſt verbū dei, ſine quo anima viuere, ꝛ fo-
5 mentari non poteſt. ¶ † No. quarto defectū ſcientie reprobatuꝫ
6 in epiſcopis, ꝛ non tolerandū aliquatenus. ¶ † Not. quinto qꝺ
propter amplitudinem populi non multiplicantur pꝛeſidentes
principales, ſed vicegerētes deputātur, vt eis ſubueniatur. Facit
qꝺ ampliato populo, nō amplientur per hoc regimina. hoc verū
in dignitatibus eccleſiaſticis: ſecus in ſecularibus: vt in. l. ij. poſt
hos. ff. de origine iuris. vbi propter augmentum populi plures
7 creantur regimini pꝛeſidentes. ¶ † Sexto nota qꝺ predicator vt
ſit bonus, oportet ipſum primo opere predicare. Secundo ſermo
8 ne. qꝺ no. cōtra predicatores diſſolutos. ¶ † Septimo quod of-
ficium predicandi competit de iure communi dioceſano: ꝛ alius
a dioceſano de iure communi non exercet officium predicandi,
9 niſi ab eo in dioceſi cōmittatur. ¶ † Nota octauo quod officiū
predicandi poteſt delegari ab epiſcopo, ꝛ etiam officium viſitan
10 di ex cauſa legitima. ¶ † Nota nono quod predicanti neceſſaria
11 ſunt ab epiſcopo miniſtranda. ¶ † Ultimo nota quod idonei vi-
ri ſunt in eccleſijs cathedralibus inſtituendi tales, qui commode
poſſint coadiuuare epiſcopum in officio predicandi, penitentias
12 iniungendi, ꝛ alia neceſſaria ſacramenta miniſtrandi. ¶ † Opp.
quod officium predicandi non committatur. de offi. delega. c. ſi.
So. non committitur a delegato, cuius videtur induſtria electa,
vt in cōtrario: ſed committitur ab ordinario, qui hoc habet a iu-
13 re, vt hic. facit quod no. in. c. ſi epiſcopus. ĩ. eo. lib. vj. ¶ † Oppo.
ſecundo qꝺ viſitatores nomine epi debēt ſumere neceſſaria a vi-
ſitatis, ꝛ nō ab ep̄o. dicto. c. ſi ep̄s. So. dic. vt ibi, qꝺ neceſſaria in
vita pꝛuidēt viſitati: ſed in ceteris ep̄s, qui deputat. de hoc p Ho.
14 de of. dele. ſ. qꝺ ſit eius officiū. ver. qualiter autem. ¶ † Oppo.
qꝺ ꝓpter officium predicandi non debeat cōuentus neceſſario
habere inſtructas perſonas: qꝛ ad eos non ſpectat officiū predi-
cādi. xvj. q. j. c. addicimus. ꝛ. c. iuſta. Sol. intellige in cōuentibus
ſecularibus: cōtrariū in regularibus. ꝛ ſic habes qꝺ appellatione
conuentus cōprehenditur quandoqꝫ capitulū eccleſie ſecularis.
15 de quo. ſ. de reſcriptis. c. capitulum. ¶ † Quero qua pena puniā
tur ordinantes indignos. dic qꝺ peccant mortaliter propter pre-
ceptū. Et dicit orādū pro his: qꝛ multi incidūt in hunc laqueꝫ.
16 ¶ † Quero quid ſi hi, ad quos ſpectat in eccleſijs cōuētualibus
collatio, ſint negligētes intra terminū eis ſtatutū ab ep̄o. Dicit
Ho. qꝺ ſupplebit ep̄us, ſi male, ꝛ negligenter ordinēt, ad quē ſpe-
ctat inferiorū correctio. ſ. c. irrefragabili. ſ. exceſſus. ꝛ. x. q. j. regē-
da. ꝛ horū defectus ſupplebit archiepiſcopus. ar. ſ. c. quāto. ꝛ de
cōceſ. prebē. lib. vj. de ele. c. ne ꝓ defectu. dicit demū qꝺ hodie pa-
racletus prouidet per mendicantes, lꝫ nō omnes recipiāt iſtud ver
bum. de excel. prela. ꝛ ſubiūgit qꝺ ſi ipſi abſtinerēt a curibus paro
chialibus, ꝛ eis miniſtrarētur neceſſaria, omnia recte procederēt,
ꝛ tenentes adminiſtrationē ſatis poſſent per papam liberari ab
17 huius precepti periculo. facit infra. c. proximo. ¶ † Queritur an
ex hac negligētia cauſet mortale in ꝑbēdatis, vt ſic veniat remo-
uendus. Ho. qꝺ ſic. de quo remittit de offi. cuſt. c. j. ꝛ. c. ea, que. de
off. arc. ¶ Querit qualis erit hec vltio. dic qꝺ arbitraria. ar. c. de

18 cauſis.ē.de off.dele. ¶ †Ad gl.primā gl.eſt literalis.ſcda que
rit an officium predicandi ſit priuilegiatū.dicit qḋ ſic.ī.de ſtatu
19 regular.qḋ dei timorē. ¶ †Ex glo.in ver.nec tñ.poteſt queri an
poſſet quis predicare ſine licentia epiſcopi.glo.dicit qḋ nō, niſi
mittatur a ſede apoſtolica.de heret.c.excōicamus.§.q: vero.di
20 cit Jo.an.qḋ talis dꝫ eſſe preſbyter:vt ibi no. ¶ †Gl.ſuper ver
bo,miniſtrēt.alle.pro expenſis miniſtrādis . an legato principis
miſſo ad prouinciā.in authē.vt nulli iudicū.§.nulli.in authē.de
mā.principū.§.illud.dicit qḋ ſecus ſeruatur in legato pape.de
preſcrip.c.accedētes.de cenſi.cū inſtantia.ꝛ dicit Ho.qḋ Roma
nā eccleſiā neceſſitas excuſat:q2 de ſuo omnibus puidere nō poſ
ſet.Jtē priuilegiū de antiqua cōſuetudine iam obtentū.ꝛ dicit
qḋ epiſcopi conantur etiam hoc imitari,qḋ eſſe nō dꝫ.de re iud.
c.in cauſis. ¶ Poſt glo.quero de queſtione facti epiſcopus per
aliū viſitat,mortuo epiſcopo viſitās exigit ꝓcurationē a viſita
21 tis.†Opp.poſt obitum epiſcopi qḋ viſitans erat eius vicarius,
quaſi ꝑ hoc habuerit ſalariū ſuū. Reſpondetur qḋ niſi appareat
de alia cōuentione,debetur viſitatori procuratio.per.c.ſi epiſco
pus.prealleg.nec obitus epiſcopi preiudicat in iure iam queſito
cōtra viſitatos.iura faciliter poſſunt allegari ad hoc ꝛc. Anto.

1 ☞Epiſcopus debet contentari iuribus epiſcopalibus in eccle
ſijs ſue dioceſis.
2 Economus agere poteſt nomine monaſterij, ꝛ in iudicio eſſe
poteſt pro cauſis ſpectantibus ad monaſterium.
3 Abbas poteſt agere pro capellis ſibi ſubiectis.
4 Jure particulari moleſtatus poteſt ratione iuris cogere dicen
tem ſibi vniuerſale ius debitum ad exprimendum que compre
hendere intelligit ipſo iure vniuerſali.
5 Libello vniuerſali tradito poteſt reus petere que vniuerſali peti
tione continentur,declarentur,ꝛ ſpecificentur , vt certificetur an
velit cedere,vel contendere.
6 Libello generali ſi aliqua ſpecificentur, non excluduntur alia in
libello vniuerſali comprehenſa.
7 Sentētiari poteſt diffinitiue ſuper libello generali aliquibus ſpe
cificatis,ꝛ ſuper eis lite conteſtata,quaſi ſuper omnibus conte
ſtata videatur,licet non ſit reſponſum ſpecifice.
8 Sententiam proferendo debet iudex in calculo ſententie enūtia
re,ꝛ exprimere ſe vidiſſe acta ꝓceſſus ſub his verbis,viſis actis.
9 Epiſcopalia iura que ſunt,dato etiam qḋ ꝑlatus ſit regularis.
10 Epiſcopo debet quelibet eccleſia inferior reuerentiam,ꝛ obediē
tiam.
11 Epiſcopus habet poteſtatem inſtituendi,deſtituendi,ꝛ reformā
di de iure in eccleſijs ſubiectis monaſterijs.
12 Jnſtituendi,ꝛ deſtituendi poteſtas non venit in poteſtate refor
mandi,ꝛ corrigendi.
13 Epiſcopus habet ius penitentie ꝛ ſacrorum collationis in capel
lis monaſterio ſubditis.
14 Abbas ratione capelle ſubiecte tenetur ire ad ſynodum,ꝛ ſolue
re cathedraticum.
15 Eccleſia quelibet inferior tenetur epiſcopo ad quartam decima
rum ꝛ mortuoriorum.
16 Eccleſia inferior licet teneatur ad viſitationem,tamen ſi non ſit
facultatibus potens,non tenetur ad procurationem.
17 Jn procuratoribus eligendis qualitas eſt ſeruanda.
18 Sententie practica ſuper libello vniuerſali ferēde talis eſt,vt par
ticularia ſpecificentur,ſilentium ſuper ceteris imponendo.
19 Epiſcopus poteſt petere auxilium moderatum,ꝛ ſubſidiū cha
ritatiuum,manifeſta tamen,ꝛ rationabili cauſa vrgente,neceſſi
tateq3 vrgente.
20 Libelli generalis ſpecificatio qualem habeat effectum.nu.22.
21 Libelli generalitas quandoq3 non confundit actionem,ꝛ in pe
titione hereditatis,ꝛ lata ſententia habet ꝓbari res hereditaria.
22 Judex debet materiam diſcordie amputare.
23 Libellus generalis nunquid poſſit indifferenter admitti.
24 Libellus ſuper petitione debiti iure communi an includat debi
tum iure ſpeciali.
25 Actio vbi alia ſubeſt,non datur iudicis officium.
26 Libellus generalis vbi poteſt concernere ius debitum,ꝛ nō de
bitum,videtur tantum deductum ius competens.
27 Judicis officium extraordinarium non currit cum ordinario.
numero.25.
28 Agere quando quis inuitus compellatur.nu.29.
30 Libellus prima fronte iniuſtus ratione generalitatis,cuius ver
ba poſſunt moderari,ꝛ reduci ad vias iuſtitie proprie,vel impro
prie,non eſt reijciendus.
31 Libellus comprehendens iura in genere, aliquibus ſpecificatis,
debet libellans alia exprimere,ſi de illis ſit diſcordia.
32 Sententia lata ſuper certis ſpecificatis libello generali,an videa
tur obſtare in omnibus.
33 Cauſula generalis non refertur ad ea,niſi de quibus eſt actum.
34 Epiſcopus contra quos habeat iuriſdictionem, ꝛ ius peniten
tias iniungendi.
35 Epiſcopus petendo iura epiſcopalia contra abbatem . ſequitur
non ſolum ea,in quibus monaſterium tenetur,ſed etiā ꝛ in qui
bus laici ꝛ clerici ſuarum capellarum tenentur.
36 Sacramenta que ſint ab epiſcopo recipienda.
37 Excommunicatus priuatur ſacramentis.
38 Conſuetudo non prodeſt,vbi ad ius querendum queritur ali
qua formula precedens.
39 Confeſſores quos volunt an liceat preſbyteris,vel alijs in digni
tate cōſtitutis,ꝛ regularibus,ſeu monachis,vel religioſis elige
re,ꝛ ſi eligant,an mortuo videantur abſoluti.
40 Monaſteria non tenentur ad ſolutionem duorum ſolidorum ꝓ
iuribus cathedraticis.
41 Synodalia iura,ꝛ cathedratica quare ita appellentur.
42 Nomen quandoq3 a cauſa ſumitur,ꝛ quandoq3 a loco.
43 Pecunia,ſeu duo ſolidi,qui ſolēt dari pro iuribus ſynodalibus,
ꝛ cathedraticis ,ſecundum quam eſtimationem debeant dari.
44 Decime debentur iure communi eccleſijs parochialibus,ꝛ illa
rum quarta pars epiſcopis.
45 Mortuariorum eccleſie parochialis quā partem epūs percipiat.
46 Mortuarium quare ita appelletur.
47 Epo quo iure debeatur pars mortuariorum,ꝛ decimarum.
48 Viſitare debet tantum epiſcopus ſuas eccleſias ſemel in anno,
niſi cauſa ſuaſit.
49 Monaſteriorum capelle quare ad iura ſynodalia,ꝛ cathedrati
ca teneantur epiſcopo.
50 Viſitatoribꝰ eccleſiarū an debeat ꝓcuratio a pauperibꝰ eccl'ijs.
51 Viſitare eccleſias dioceſis quo iure poſſint inferiores epiſcopis.
52 Preſcribi an poſſit epiſcopalis iuriſdictio,vel eius pars.
53 Subiectionis effectus qualis ſit.
54 Reuerentie effectus quis ſit.
55 Epiſcopus qua cauſa rationabili poſſit exigere ſubſidium ab ec
cleſijs ſibi ſubiectis.
56 Subſidium charitatiuum quare ita appelletur.

1 **Conquerente.** ¶ †Epūs in eccleſijs
dioceſis ſue debet eſſe
cōtentus iuribus epalibus:ꝛ que ſunt iura epalia,
declarat.h.d.Jn prima petitio,ꝛ cōteſtatio.Jn ſcda
2 ſententia,ibi:nos autē. ¶ †No.primo qḋ economus agit nomi
ne monaſterij,ꝛ pōt eſſe in iudicio ꝓ cauſis ſpectantibus ad mo
naſteriū.Et quis comprehendatur appel.economi,vide de iura.
calū.c.in pertractandis.ſed non eſt ſecundum canones differen
tia:vt de procu.petitio.ad hoc.l.iubemus.§.ſane.C.de ſacroſan.
3 eccl.ꝛ per Hoſ.in Summa,de procu.†Et no.qḋ abbas pōt age
re pro capellis ſibi ſubiectis,ꝛ pro iure earū.materia de iudi.c.cū
4 deputati. ¶ †No.ſcdo qḋ moleſtatus in aliquo iure particulari,
ratione iuris poteſt cogere dicentem ſibi ius vniuerſale debitum
ad exprimendum que cōprehendere intelligit ipſo iure vniuerſa
li,ne quotidie moleſtetur,ꝛ ſic reus ratione moleſtationis quoti
diane pōt cōpellere actorem ad agendū,vt declaretur qḋ ſibi de
bitū eſt ad hoc.l.diffamari.C.de inge.manumiſ.Vel intelligen
5 do qḋ ageret epiſcopus.†No.qḋ poteſt reus petere vt que in vni
uerſali petitione cōtinentur,declarentur,ꝛ ſpecificentur,vt ſic cer
tificet reus an velit cedere,an cōtendere . ad hoc de libel. obl.c.j.
¶ No.tertio qḋ eccleſie impotentes ad preſtandam procuratio
6 nē ad ipſam preſtandam compellende non ſunt. ¶ †No.quarto
qḋ in libello generali aliquibus ſpecificatis non excludūtur alia
in libello vniuerſali comprehenſa.Quod intellige qñ ſpecificans
7 non habuit omnia pro ſpecificatis. ¶ †Et nota qḋ ſuper peti
tione generali aliquibus ſpecificatis,ꝛ ſuper eis lite conteſtata,
quaſi ſuper omnibus cōteſtata videatur,l3 non ſit ſpecifice reſpō
ſum,pōt ad ſententiā diffinitiuā procedi. ¶ Venio ad ſententiā
8 in ver.nos autē. ¶ †No.qḋ iudex in calculo ſententie debet enū
tiare,ꝛ etiā exprimere ſe illa vidiſſe.ad hoc.ē.de offi.dele.c.ſuper
queſtionum.§.j.ꝛ ſufficit dicere,viſis actis,ꝛ que ab vtraq3 par
9 te ꝓponenda ſunt auditis,ꝛ intellectis. ¶ †No.ſecundo hic per
ordinem enumerata iura epalia,que quilibet epūs h3 in eccleſijs
ſibi ſubiectis,etiā dato qḋ alteri prelato imediate ſint ſubiecte,
10 etiā ꝛ dato qḋ prelatus ſit regularis. ¶ †Et no.primo qḋ queli
bet eccleſia inferior epiſcopo debet facere reuerentiā,ꝛ obediētiā.
11 ¶ †No.ſcdo qḋ de iure in eccleſijs ſubiectis monaſterijs epūs
habet poteſtatē inſtituendi,ꝛ deſtituēdi,ꝛ corrigendi,ꝛ reformā
12 di.†Et pōdera ſingula verba:q2 in poteſtate reformādi,ꝛ corrigē
di,non venit poteſtas inſtituendi,aut deſtituendi:q2 hic ponun
13 tur tanq̄ ſeparata. ¶ †Et no.qḋ in capel.is monaſteriorū ſubie
ctis epūs de iure cōi h3 iuriſdictionē oīu3 cauſarū ſpectātiū ad forū
eccleſiaſticū. ¶ No.tertio qḋ in capellis ſubiectis mōaſterio epūs h3
ius penitētie,ꝛ collationis ſacrorū epo reſeruatorū:ꝛ ꝑ qḋ in pecca
tis reſeruatis dꝫ haberi recurſus ad epiſcopū:ꝛ etiā ꝓ ordinatioībꝰ
clericorum

clericorũ,ꝛ in penitẽtijs publicis.vt dicit hic glo.Et aduerte,q: quedã ſunt ſacramẽta.que ab ep̃o neceſſario recipiunt,ꝛ quedã
14 non.¶ †No.quarto q̃ abbas ratione capelle ſubiecte tenet ire ad ſinodũ,ꝛ ſoluere cathedraticũ,ꝛ non cathedraticũ determi-
15 natũ ad q̃titatem duorũ ſolidorũ. ¶ †No.quinto q̃ quelibet inferior eccleſia epiſcopo tenetur ad quartã decimarũ,ꝛ ad quar
16 tam mortuariorũ: †ꝛ eſt ſubiecta quo ad viſitationẽ,ꝛ ꝓcuratio nem,ſi eſt potens facultatibus,vt poſſit ſuſtinere procurationẽ.
17 ¶ †Et no.qualiter habeat epiſcopus moderari in exigẽda ꝓcu rationẽ.Et no.q̃ in procurationibus exigendis qualitas eſt ſer uãda:ſic ꝛ in collectis.poſſunt ergo ſubditi cõqueri iuridice,qñ equalitas nõ ſeruatur,ꝛ in pſtãtijs,ꝛ alijs:ꝛ pdict de facto cõ
18 ſului.¶ †No.practicã ſentẽtie ſuper iure vniuerſali,qñ eſt dubiũ inter partes,quid in iure vniuerſali cõprehendatur,q: dz ſenten tia ferri ſpecificando particularia iura:ꝛ ſuper ceteris eſt ſilentiũ
19 imponendũ parti ius pretẽdenti. ¶ †No.in ver.tu aũt.q̃ epiſco pus poteſt petere moderatũ auxilium,ꝛ ſubſidiũ charitatiuum: ꝛ ad eius impoſitionẽ exigitur manifeſta ꝛ rationabilis cauſa,ꝛ neceſſitate inſtante,ꝛ menſuranda eſt exactio ad neceſſitatẽ inſtã tem. ¶ Habemus libellũ primo,ſecundo,ſententiã diuiſam in duas partes.Nã in prima parte declarat iura,ſpecificando,que ſpectant ad epiſcopũ:in ſecunda ſuper alijs imponit ſilentiũ epi-
20 ſcopo,vnum tantũ modũ reſeruando.¶ †Quo ad primum in gredior gl.ultĩ.ꝛ quero primo,quis ſit effectus ſpecificationis li belli.dicit gl.q̃ effectus eſt.quia per talẽ ſpecificationem preclu ditur via litigandi in poſterũ,ꝛ lunites diminuuntur:q̃ debet facere iudex.ff.ſi cer.peta.l.quidã.de do.ꝛ cõtu.finẽ.ꝛ.c.venerabi lis.¶ Alius eſt effectus:q: per hoc declaratur,ꝛ ſentẽtia certior fertur,ꝛ manifeſtatur qd facere debeat actor,ꝛ quid reus,ne poſt ſententiã alia cõtentio oriatur.ar.j.de verb.ſig.cũ olim.ꝛ melius c.cum inter vos.Per q̃ iudex ad materiam diſcordiarũ reſtrin gẽdã conari debet:in auẽ.de mã.prin.§.deinde.ꝛ.§.ſi tibi quoq3. uno dicit gl.q̃ iudex primo debet conari,ꝛ partes ad cõcordiã reducant,ſi poteſt.xc.di.ſtudendum,cũ ſimilibus.¶ Ibi in po ſterũ litigandũ.dicit Inn.q̃ alius eſt effectus ſpecificationis,ſi poſtea ſentẽtietur ſup ſpecificatis in alijs nõ ſpecificatis nõ ob ſtabit exceptio.C.de iudi.placuit.q̃ ſecus eſſet,ſi nihil ſpecifica retur:vel ſi aliquid ſpecificetur,ſecu:a clauſula generali:q: in om nibus obſtabit exceptio.C.de trãſac.l.ſub ꝓtextu.niſi dol⁹ inter
21 ueniat.ff.de pac.l.tres fratres.tpe lecture.¶ †Ea.gl.in ver.ſʒ vr. op.ad libellũ q̃ hic nõ debuerit,vel potuerit peti ſpecificatio li belli:q: in talibus iurib⁹ vniuerſalibus admitti libellus genera lis:ꝛ ſic vr̃ q̃ ſufficiat dicere libellã:peto iura ep̃alia in talibus capellis,ſicut in alia materia vniuerſali admittitur petitio gña lis:vt,peto rationẽ adminiſtrationis,de reſti.ſpo.c.cũ ad ſedem. de dona.c.inter dilectos.de reli.do.c.cõſtitutus.no.de lib.ob.c. ſ.So.dupliciter decre.intelligitur.vnus eſt gl.intellectus q̃ hic ep̃us porrigeret libellũ ꝫ abbatẽ ſup capellis quo ad ius ep̃ale,ꝛ abbas vt reus peteret declarationẽ libelli,ꝛ hic eſt intellect⁹,quẽ ſequit gl.ꝛ cui ob.Inũ.gl.fatetur q̃ de iure,ꝛ iuris rigore hic li bellus ꝓcederet.dãt doc.ſimile,ſicut pꝫ in petitiõe hereditatis. ff.de pe.her.l.i.u.ꝛ.iij.ꝛ.l.illud.§.pe.ꝛ vltimo.quo caſu ſi poſt ſen tentiã ꝓbetur res hereditaria ꝓbata de plano:vt no.de reſti.ſpo. c.cũ ad ſedẽ.mandabitur ſententia executioni.ff.de re iudi.a di uo.§.ſi reũ.ꝛ ſequenti.ſcđm Io.an.ſed ex equitate iudex ad lites dirimendas,ꝛ ad certificandũ ius inter partes,põt exprimere,ꝛ exprimi facere huiuſmodi iura ep̃alia:ꝛ poteſt eſſe hoc vtile reo,
22 ꝛ actori.†Reo primo,vt in alijs poſtea nõ ſpecificatis ꝓcludat via agẽdi,vt lites diriniãtur,ꝛ ſpecificat qd reus pſtare debeat, ꝛ quid actor recipere,ꝛ ne poſt ſniam alia cõtẽtio oriatur.de ver. ſig.cũ olim.ꝛ.c.cũ inter.q: iudex dꝫ materiã diſcordie amputare. in auẽ.de man.princ.§.deinde.ꝛ.§.ſi tibi quoq3.col.iij. Prodeſt etiã actori,vt ſnia magis ſit certa:ꝛ q: vbi petitur ius epiſcopale ſimpliciter,nec aliud ſpecificatur,intelliget tantũ de ep̃alibus iu re cõi debitis,ꝛ hic enumeratis,non aũt iure ſpeciali debitis:q̃ no.bene.vel ſcđm Inn.qñ vniuerſaliter totũ petitur vt debitũ,ꝛ negatur,alia ſpecificatio facienda nõ eſt:vbi aũt pars de iure vni uerſali aliqua fatet debita:ꝛ petit vt debita aliqua aũt indebita dicit,ꝛ ſimiliter reus aliqua negat debita,ꝛ de aliquibus fatetur, facienda eſt ſpecificatio:vt pateat de quibus ſunt in cõcordia ad lites abbreuiãdas:ꝛ q: equũ nõ eſt partes grauare onere probã di ſuper illis,de quib⁹ ſunt in cõcordia.ff.de interro.ac.vbicũq3.
23 ¶ †Hic duo forent examinãda.Primũ,nunquid petitio gene ralis indifferenter admittatur.Inn.hoc ponit hic:ſed nõ inſiſto, q: nõ eſt materia tituli:ꝛ de hoc tangit gl.ꝛ Io.an ibi ponit di
24 cta Inn.hic de libel.ob.c.ij.dic vt ibi.†Scđo,an in petitione iu re cõi debiti includatur debitũ de iure ſpeciali.hoc tangitur hic: ꝛ in hoc gl.ſunt ꝯrie.gl.hic tenet q̃ nõ.Gl.Zria de reli.do.c.con ſtitutus.Inn.etiã contrarius hic dicit q̃ nõ includitur.cõtra riũ videtur ſentire in.c.certificari.de ſepulturis.ꝛ in cap.cũ ad ſe

dẽ.de reſti.ſpo.¶ Pro declaratione huius puncti concludendũ mihi videt q̃ quãq3 datur libellus in materia,in qua nõ põt cõ cludi,niſi oĩno iure ſpãli debitũ,i.ſingulari ex origine,ꝛ totali na tura,vt pacto,vel conſuetudine,ſicut eſt denarius ſancti petri:de quo in.c.audiuis.de preſcri.vel procuratio.arch.ꝛ dic q̃ nõ iuc'u dũtur.Sic intelligo Inn.de offi.or.dilecto.nã verbũ in vno tãtũ verificabile,id ſpecifice ſaltẽ mẽte cõprehẽdere videt,de of.dele. ex parte,ꝛ in.l.iij.in prin.ff.de libe.ꝛ poſthu.facit q̃ not.gl.in.c. quoniã abbas.de offi.delegati.Si aũt aliquod verbũ latũ profe ratur in libello.vt eſt verbũ,peto iura pertinentia:hoc enim ver bũ latiſſime patet:vnde vn acũ latiſſima ſignificatione libelli cõ prehẽdit debitũ etiã iure ſpeciali.idẽ qñ libellus verificabilis eſt, tã in debito de iure cõi,q̃ ſpãli.ſic intelligo Inn.in.c.cũ ad ſedẽ. ¶ Quãdoq3 id agitur cõprehendi in libello,q̃ ſui origine na turali,nõ de iure ſpãli ſuccedaneũ,id eſt,ſubrogatũ eſt loco debi ti de iure cõi:ꝛ tunc cõprehenditur:vt lite pen.eccleſia.ꝛ ſic intel ligunt doc.c.cõſtitutus.de reli.dom.ꝛ ibi gl.ꝛ eſt ratio,q: ſubro gatũ aſſumit naturã eius.in cuius locũ ſubrogat.l.ſi cum.§.qui iniuriarũ.ff.ſi quis cauti.¶ Quãdoq3 agitur cõprehendi nõ nu de debitũ de iure ſpãli,ſʒ cui ſubſtãtia eſt debita de iure cõi,ſʒ ali qua extrinſeca determinatio fit ex iure ſpãli,ita q̃ ſubſtantia eſt de iure cõi debita:quãtitas aũt.determinatio ei⁹ eſt de iure ſpãli, ꝛ tale ius an includat:Inn.ſentit hic q̃ non.vnde dicit q̃ hec quarta mortuariorũ hic non includeret,q: eius quota nõ eſt cer titudinaliter a iure determinata.cõtrariũ ſentit,ꝛ ibi Io.and.in c.certificari.de ſepulturis.ꝛ illud cõiter tenet.credo tñ q̃ include ret cũ determinatione iuris cõis,vt ſic in dubio quarta intellige retur ſi aliud nõ cõſtaret ex probationibus ſic intelligo Inn.in c.certificari.ſed ſi ex probationibus cõſtaret ipſam eſſe maiorem cũ determinatiõe iuris ſpãlis,vt pactũ,aut cõſuetudinis.Credo q̃ ſuper illa etiã ferẽda eſſet ſentẽtia:q: in libello deducta ſubſtã tia.qualitates determinatiue ſequunt naturã ſubſtãtie:ꝛ tũc non includit,vt ſentit Inn.hic:ꝛ ſic habes declaratã materiam hãc. ¶ Aduerte tamẽ q̃ vbi dixi iure cõmuni debita includi,ſuffi cit illa allegari,nec eſt neceſſe quod illa probentur:q: ſemper ſunt certa,ius ſemper ſit certũ.nec ſubijciatur neceſſitati ꝓbandi.l.cõ tinu⁹.§.cũ ita.ff.de ver.ob.ad hoc optime tex.de ap.ſepe.qui ad hoc eſt bonus.dic q̃ quãdoq3 debitũ de iure ſpãli ſucceſſit in lo cum debiti de iure cõmuni:ꝛ tunc in petitione generali venit nõ ſolum debitũ de iure communi,ſed etiã de iure ſpãli.ſic debet in telligi q̃ no.glo.in.c.conſtitut⁹.de reli.do.ꝛ ratio,q: ſubrogatũ aſſumit naturã ei⁹,in cui⁹ locũ ſubrogat:vt.l.ſi cũ.§.q̃ iniuriarũ. ff.ſi quis cau.¶ Quãdoq3 nõ ſucceſſit in locũ debiti de iure cõ muni:ꝛ tunc ſi in petitione eſt verbum generale ꝓlatũ aptũ cõ prehẽdere tã debitũ de iure ſpeciali,q̃ de iure communi,vtrũq3 cõprehẽdit.Ita intelligunt no.per Inn.in.c.dilecto.de off.arc. ꝛ no.in.c cũ ad ſedẽ.de reſt.ſpo.Aut nõ eſt prolatum,ſeu appo ſitum ꝛ tũc aut id,q̃ eſt dubium de iure ſpãli,in totum,ꝛ inde nõ eſt debitum ipſo iure,ſicut eſt in quota decimarũ,ſeu mortua riorum que debita eſt de iure cõmuni.q̃ q̃ reſpectu quãtitatis alteretur ſecũdum cõſuetudinem,ſecundũ no.in.c.certificari.de ſepulturis.ꝛ hoc cõprehenditur in petitiõe generali iuris,ꝓ no tata ꝑ doc.in.d.c.certificari.q̃ q̃ Inn.hic tenuerit contrarium, ¶ Quandoq3 omnino eſt debitum de iure ſpãli in totum:ꝛ tũc nõ cõprehẽdit in petitiõe generali dꝫ intelligi gl. hic poſita ꝛ et dicta do.ꝛ maxime In.¶ Secundus eſt intellectus q̃ hic ab bas erat actor,qui ſuper moleſtatione cõtra ipſuꝫ epiſcopũ qua ſi indebite moleſtaretur:ꝛ ſecundũ hoc nõ obſtat cõtrariũ.Sed huic petitioni multa obuiant:ꝛ hic intro gl.Inn.primo q: videt q̃ abbas non debeat ꝓ capellis admitti:quia ꝓ alio quis non agit abſq3 mandato.de procur.c.j.So.Dicit Inn.q̃ abbas vt ſuperior agebat ꝓ capellis ne in debitis onerib⁹ grauentur cui⁹ agere intereſt.ſ.de offi.arc.c.vl.¶ Dicit tamẽ q̃ ſi ſpãlis re ctor agere vellet q̃ ipſe preponeret in agendo.Alleg.no.de reſc. c.edoceri.plenius de hoc de iud.c.cum deputati.j.de reli.do.c. cum venerabilis.Pau.in cle.j.de reſcriptis.Uel ſecundo dic q̃ hic abbas hec iura epiſcopalia ad ſe ſpectare dicebãt.Ubi autẽ agit de cõmuni grauamine eccleſiarum ſolus aget epiſcopus.de ſucceſſione ab inteſta.c.ſi.de app.dilecto.de reſcr.ad hec.So.Ui detur q̃ abbas agere non potuerit ſuper iſtis iurib⁹ deficiente iu re agendi:quia pro negatione talium iurium,ſcꝫ negando ep̃m habere illa iura,competit negatoria,que dat dñoꝛ:vt de iudi.exa minata.Ipſe autẽ nõ eſt dominus iuriũ capelle,ſʒ ipſa capella:er go nõ põt agere petitorio,nec poſſeſſorio:q: in hoc facto nega tiuum nullam poterat habere poſſeſſionem.Dic q̃ abbas nõ po teſt agere quia nõ eſt domin⁹,ſʒ rector vel capella:nec poſſet age re nomine monaſterij:q: hoc ad monaſteriũ nõ ſpectat,ſʒ ad ca pellam.Dic q̃ agebat nomine capelle:hec vera,quando capella habet bona diſtincta a iurib⁹ monaſterij:q: tunc eſt domina ſuo rum,ꝛ ſuo nõie,ꝛ non alteri⁹ eſt agẽdũ.Si vero capella eſt in pro

prios vſus monaſterii:tu ie abbas quaſi dominus poteſt intẽta-
re negatoriã,ad ſimilitudinem vſufructuarii:licz ſit vtilius qḋ noĩe
capelle hoc faciat. Pro iuribus aũt cõpetẽtibus abbati in capel
la bene põt cõfeſſoriã intentare.de ver.ſig.c.abbate.de reſti.ſpo.
c.olim.de fi.inſtr.c.ſi.perpetuum.de iudi.c.examinata vbi de hoc
⁊ cõſeqnẽter tunc ſibi poſſeſſionẽ illorũ adiudicari: põt etiã agi
vti poſſidetis,iuxta no.de preſcrip.veniẽs. ¶ Dicit tñ Inno.vt
refert in add.qḋ ſi petat imponi ſilẽtiũ epõ ⁊ decerni nullũ ius in
predictis iuribus ad epm ſpectare,⁊ inutiliari caſſum qḋ fecerit:
licz hec verba videant̃ ſonare in negatoriã,que abbati nõ cõpetit,
ſed capelle.vt eſt dictũ,tamen vt res valeat,⁊ qꝛ ius videtur in iu
diciũ eduxiſſe,vt melius cõpetit.putat ſniaz pro abbate ferẽdã.
dummodo verba libelli cõprehendere poſſint.⁊ abbas probaue
rit illa ad ſe quoquo iure pertinere,nõ qḋ confeſſoriã videat̃ intẽ
taſſe,que libello non cõuenit:nec negatoriã,que cõpetit capelle,
ſed videtur officiũ iudicis imploraſſe,qḋ bene cadit ſub verbis
ſupradictis,qꝛ officiũ iudicis cõuenit.habent iuſtitiã.licz non ha
beant certã actionẽ:qꝛ latiſſimũ eſt.ff.de iuriſdi.om.iud.l.i.de cẽ
35 poſ.cũ eccleſia.C.de annali ex.cep.l.fi. † Nõ ob.qḋ abbati cõpetat
cõfeſſoria.ſaltẽ nomine capelle:ergo iudicis officiũ non cõpetit.
ff.de mino.l.in cauſe.qꝛ vbi ſubeſt alia actio,ibi nõ datur officiũ
iudicis.ſ.eo.ti.iudi.c.ij. Sol.illud in officio iudicis extraordi-
nario.l.reſciſſiuo,vel ſ.ſiſtanti.vel cõtractũ,vel preſcriptionẽ: hic
in ordinario,qḋ cõpetit cũ aliis actionibus,cũ ſit latiſſimũ. Itẽ
diuerſo nomine cõpetere actionẽ.⁊ iudicis officiũ,nõ repugnat
36 ſc leonẽ nomin...⁊ reſpectu ſic. ¶ † No.bene iſta:primo in eo,qḋ
dicit qḋ in dubio in libello videt̃ deductũ ius cõpetens,vbi duo
37 iura poſſunt intelligi:vnũ qḋ agenti cõpetit ⁊ alterum nõ. † Itẽ
nota limitationẽ illius b.dicẽtis officiũ extraordinarium nõ cur
rit cuz ordinario.⁊c.tertio videtur qḋ adhuc hec petitio deficiat
in iure contra epm:agebat eñ ſecundum hoc abbas contra epm,
vt non cõpelleret capellã ſoluere procurationes. ¶ Primo ꝯ hãc
ſpecificã petitionẽ obiiciatur qꝛ nõ debeat ſic petere.primo eniz hec
petitio nõ ſapit poſſeſſoriũ:cũ q pro facto negatiuo,in quo nõ põt
38 dari poſſeſſio.non cõpetit poſſeſſorium. ¶ † Secundo nec peti-
toriũ.qꝛ poſſidenti non datur actio,imo ſufficere dz ſi contra eũ
agatur,qḋ habeat defenſionẽ,nec põt cõpellere quis aliquẽ ad
agẽdũ.C.vt nemo inuitus in rubro,⁊ in nigro. ¶ Tertio in mo
do petendi,qꝛ nõ debebat petere qḋ capella non potens indefini
te non grauaret,ſed qḋ nõ grauaretur vltra qꝫ facere poſſet. So.
quo ad primũ,ſcḋm aliquos.non competit poſſeſſoriũ:ſed datur
negatoria.que cõpetit pro iſtis iuribus:vt no.de ver.ſig.c.abba
39 te.de of.deleg.c.cum olim ¶ † Ad ſecundũ,ſcḋm alios videt̃ qḋ
epõs nõ cogitur agere inuitus,nec etiã cõpetere negatoria.ſed ſuf
ficit qḋ capella ſimpliciter deneget id,quod epõs petit:ſcḋm autẽ
alios datur ſolutio. Sol poterat abbas agere officio iudicis,vt
cõpelleret̃ agere epõs ad iura ſua declarãda propter iuſtũ timorẽ,
quẽ habebat ipſe abbas:qꝛ epõs geſtabat gladiũ ad fulminandaz
excõicationis ſ.dam xxiij.q.iiij.corripiat.⁊ poſſet iniuſte timere,ne
eũ iniuſte excõicet. ¶ Ad ſecũdũ dic qḋ cõpellit̃ agere:qꝛ cõpe-
tit ius agẽdi propter diffamationẽ:nã diffamabat epõs abbatẽ in
certis iuribus,que ſibi debita dicebat.i.publice loquebat̃,dicẽs
ſe habere iura in capellis:vnde põt petere vt iudex aſſignet termi
num actori,intra quẽ agat,alias ſilentiũ imponatur.C.de inge-
nuis.l.diffamari.qui ſi.ſint legi.lator. Item credo ex equitate
huius decre.quãdo vnũ eſt vniuerſale ius habens plura particu-
30 laria iura,⁊ ſuper ipſis vt incertis quotidie moleſtatur. ¶ † Ad
tertiũ dic qñ qꝫ inepta videatur petitio,tamẽ ſequi poteſt ſentẽ
tia:vt.j.in.c.vltimo.poteſt dici qḋ poſſit etiã dare contra epiſco-
pum officiũ iudicis:qꝛ vltra debitum exigit,ſicut cenſitus,⁊ co-
lonus agunt cõtra dominũ.vltra quam debeat exigere.C.de co-
lo.⁊ cen.l.penul.⁊ vltima.C.in quibus cauſis coloni.l.j.⁊ in au-
thẽ.de queſtori.l.i.C.de mancip.col.l.ij.⁊.iiij.⁊.ff.de vaca.mu.l.ij.
§.meminiꝰ. ¶ Itẽ ſi petat collectã vltra vires.ff.de vac.mu.l.
ſextumdecimũ:⁊ ſecundum hoc abbas eſt actor:propter hoc ta-
men ſolum non dabitur negatoria,qḋ epiſcopus petat.ne inui-
tus agere cogatur:vt.C.vt nemo inuitus.in rubro ⁊ nigro. In
modo aũt petendi quo ad particularẽ partem procurationis.fa
tetur Inno.prima facie videri quod abbas iniuſte petierit,quod
eccleſia non cogeretur ad preſtationẽ,que ſufficiens non erat.ſed
debebit petere qḋ plus nõ cogeretur ſoluere in procuratione,niſi
qꝫtũ penſatis facultatibus ſoluere poſſet,ſecundum qḋ in ſenten
tia continetur.dicit tamẽ quod ſaluatur petitio,vt.j.ſequitur: qꝛ
poteſt moderari ex ſententia.hoc puto,quia ille.ver.qḋ non coga
tur ad preſtationem eccleſia,que non poteſt,diſtribuitur,⁊ diſtri
butiue intelligitur,que non poteſt:id eſt,in quantum non poteſt
ff.de lega.l.ſtichum,qui meus erit. Et no.quod libellus iniuſtus
prima facie,cuius verba lata ex ſententia moderabilia ſunt,⁊ re-
ducibilia ad vias iuſtitie,proprie,vel improprie.nõ eſt reiiciẽdus,
ſed admittendus,⁊ poſtea ex ſentẽtia moderãdus.qḋ bene nota.

31 ¶ † Quarto videtur qḋ non debuerit cogi epiſcopus ad ſpecifi-
candum aliqua,ſicut nec in aliis iudicibus generalibus.ex quo
quedã tantũ fuerit ſpecificata:vt putat de ſimo.c.licet Heli.qꝛ
illa non erant deducta. So.dic qḋ ideo cogitur ad ſpecificandũ
alia,qꝛ forte cõcordabant de aliquibus iuribus dandis.vel non
dandis:vñ nõ erat bonũ grauare partes ſuper probationibus.ff.
de interro.acti.l.vbicunqꝫ.ideo epiſcopus illa,de quibus erat cõ
cordia,non cogitur ſpecificare.ſed tãtum illa,de quibus poterat
eſſe queſtio:potuit etiã ante litis cõteſtationẽ interrogari epõs,an
hec iura poſſideret.ff.de interro.acti.qui ſeruũ.§.qui in iure.vel
dic qḋ hic data fuit petitio generalis,⁊ aliqua fuerunt ſpecifica-
ta,⁊ ſuper ſpecificatis fuit reſponſum negando.in aliis tacendo
32 videtur confiteri. ¶ † Quid ſi facta petitione generali,fiat ſpeci-
ficatio certorũ poſtea ſententietur ſuper illis,an obſtabit in omni
bus.dicit qḋ nõ.ſed ſolum in ſpecificatis:ſed ſi nihil ſpecificetur,
vel aliquid ſpecificetur,ſecuta clauſula generali,⁊ omnia iura:
in omnibus obſtat exceptio.C.de tranſac.l.ſub pretextu.niſi do-
lus interuenerit.ff.de pac.l.tres fratres:qꝛ caſu agerel:⁊ dicit qḋ
33 idẽ in tranſactione. ¶ † Recitat alios in tranſactione qḋ clauſu-
la generalis nõ referatur niſi ad ea,de quibus eſt actum.de trãſa.
ſub pretextu.quãqꝫ in liberatione ſic:vt.ff.de pac.l.emptor.§.fi-
nita.⁊ hee ſunt opi.in illa l.⁊ in.l.ſi de certa.C.de trãſac.ſed Bnt.di
cit qḋ bene valebit vt pactũ.ſed non vt trãſactio.dic qḋ valet trã
ſactio,qꝛ nõ requiritur qḋ lex ſit prius.ſed qḋ de ea dubitatur:vt
l.ij.C.de tranſac. ¶ Venio ad ſententiã,que tangitur in ver.nos
autem.⁊ primo capio primã partem,quatenus ſententia eſt pro
epiſcopo.⁊ proſequatur ſingula in ſententia. Primo,canonicaz
obedientiã. Secundo,ſubiectionem. Tertio,reuerentiã. Quarto
inſtitutionẽ,⁊ deſtitutionem. Quinto,correctionem ⁊ reforma-
tionem cenſurarũ eccleſiaſticarũ. Sexto,iuriſdictionẽ cauſarũ.
Septimo,penitentias.⁊ ſacramẽta. Octauo,ſynodũ. Nono,ca-
thedraticũ. Decimo,quota decimarũ,⁊ mortuariorũ. Undeci-
mo,viſitationẽ aliarũ. Et duodecimo,procurationẽ moderatã.
¶ Ad primũ,⁊ primo expedio gl.nã querit gl.i.ſuper ver.cano-
nicã.ad quid eſt vtilis hec ſpecificatio in libello.⁊ poſtea ſup his
34 lis,vel queſtio oriatur. ¶ † Glo.ij.ſuper ver.iuriſdictionem.alle.
cõcor.⁊ repetit tex.vide per tex. ¶ † Gl.ſuper verbo,penitentias.
querit cõtra quos habeat iuriſdictionẽ.⁊ ius penitẽtias iniũgẽ-
di.dicit qḋ loquitur de penitentiis publicis,⁊ aliorũ criminum
maiorũ.allegat de exceſ.prela.c.accedẽtibus quorũ abſolutio re-
ſeruatur epiſcopis.⁊ habes enumeratos de pen.c.ſi epiſcopus.
li.vj. ¶ In glo.qua cathedraticũ ⁊ pertinet hoc etiã ad laicos.
35 † Et no.qḋ petendo iura epiſcopalia contra abbatẽ.conſequitur
nõ ſolũ ea,in quibus monaſteriũ tenetur,ſed etiã illa,in quibus
laici ⁊ clerici ſuarũ capellarum tenentur.j.c.dilectus.de preſcrip.
auditis.de offi.archi.dilecto.⁊ hoc ideo,quia talia iura poſſide-
36 bat abbas,qui eſt cõueniẽdus,vt de ma.⁊ obe.intra. ¶ † Quero
que ſint ſacramẽta ab epiſcopo tantũ recipienda. dic,ordo,cõfir-
matio in fronte,cõſecratio altarium,⁊ virginũ,late ſumendo ſa-
cramentũ,matrimonium,ſi de eo queſtio fiat.de conſan.⁊ affi.c.
ſ.⁊ ſecundũ hoc id verbum quoqꝫ ſtat reſtrictiue: vel loquitur
generaliter de omnibus ſacramentis,que ſunt recipienda ab epi
ſcopo,vel vicario,vel curato:⁊ recipientes ab aliis ſine licẽtia nõ
ſunt abſoluti. Cõcludens qḋ conſuetudo poteſt operari in hoc,
qꝛ tamen inſtituendus ad talia debeat examinari quod ſit diſcre
tus:vt.d.c.omnes.ſed conſuetudo neminẽ examinat: vnde non
ſunt talia nõ examinato cõmittenda.de eta,⁊ qua.c.pe.de elect.
38 nihil. ¶ † No.iſtud dictũ qḋ vbi ad ius querendũ requiritur ali-
qua ſubſtãtialis formula precedens.ibi nõ prodeſt conſuetudo.
aſſignat aliam rationẽ.qꝛ per hoc rumperetur ſinus eccleſiaſtice
39 diſcipline. † contra id de cõſuetudine.c.cũ inter.hec vera quo ad
ſubditos allegantes qḋ de conſuetudine poſſunt ſibi eligere cõ-
feſſores,quos voluit.tu dic vt de peni.c.vltimo.in.fi.li.vj. Si aũt
dicatur qḋ aliquis certus,puta decanus,abbas,vel ſimilis,non
priuatus,ſed in dignitate cõſtitutus preſcripſit.põt de conſuetu
dine confeſſionẽ audire:qꝛ conſuetudo excuſat,que curã tribuit.
alle.no.de peni.c.omnes.j.reſpõſo.ſuper verbo,perpetuo,⁊ no.in
ſumma.vide de fo.cõp.c.cũ contingat.dicit tamen quod cauere
debent abbates,⁊ canonici cathedralium eccleſiarũ.quod quili-
bet ibi,qui ſubſunt epiſcopo immediate,qḋ nec ad alios recurrãt
cõfeſſores eligendo:qꝛ in hoc nõ ſunt priuilegiati.niſi hi,de qui-
bus habetis de pecu.c.penul.quod priuilegium dicit nõ extendi
ad caſus no.de remiſ.niſi.§.propter conſcientiam.all.no.de offi.
legati.quod tranſlatione.mortuos autẽ ſic abſolutos non dam-
40 nat,ſed dei iudicio reſeruat. † Gl.ſuper ver.duos.opp.quod non
poſſit exigere duos ſolidos.x.q.iij.c.inter cetera. So.ab aliis ec-
cleſiis põt nomine cathedratici nõ a monaſteriis:ergo hoc pote
41 rat a capellis:⁊ intellige ſiue diocefis,ſiue ciuitatis. ¶ † Ea.gl.
ver.⁊ appellat̃.querit quare dicatur cathedraticũ.dicit qꝛ nomi-
ne cathedre datur.quãdoqꝫ appellatur ſinodaticũ,qꝛ in ſynodo
42 datur.de cenſi.c.olim. † Nota,qꝫ nomen quandoque aſſumitur
a cauſa

a cauſa, quandoq; loco cõcor. l. ius pluribus. in fi. ff. de iuſti. ⁊ in-
43 er. ¶ †Quero ſecundo quam eſtimationẽ dabuntur duo ſolidi.
Dic ſecūdū eſtimationẽ illius monete, que antiquitus, ⁊ ab ini-
tio ſolui debebat, niſi circa preſtationẽ minoris monete, que mo
do eſt in vſu ſic preſcriptū: vt dicta decreta. olim. ſiue maior ſit in
44 vſu, ſiue nunc vt dicto. c. olim. ⁊ e. ti. cū canonicis. ¶ †Gl. ſuper
ver. decimationum. opp. qꝺ preceptio decimarū de iure cõmuni
ſpectat ad parochiales eccleſias, non ad epm. de decimis. c. cū in
tua. ⁊ c. precedenti. In contrariū allegat. c. ondū. ⁊ quoniā. dein-
de remittit ad materiā, ⁊ dicit qꝺ habetur de decimis. c. cū con-
tigat. ⁊ ibi dixi, qꝺ hanc quartā percipit eṗs ex cõſuetudine. di-
cit abb. qꝺ quartas decimarū percipit de iure comitum, vt hic:
decimas de iure parochiali: vt in 3rio. Ho. idem: ſed qꝺ quota eſt
45 cõſuetudinaria. ¶ †Gl. ſuper ver. mortuariorū. opp. qꝺ non ſit
quarta, ſed tertia vel medietas de ſepul. c. ij. So. ſtandū eſt cõſue-
46 tudini in quota ⁊ de ſepul. c. certificari. ¶ †Quero quare dicitur
mortuariorū. gl. dicit, q; relinquitur in morte de quo de teſta. of-
47 ficij. ¶ †Quero quo iure percipiat epiſcopus: dicit qꝺ iure cõſue
tudinario: ideo neceſſaria fuit ſuper hoc probatio, ſed non ſuper
iuribus epiſcopalibus, que ipſo iure debentur. falſa eſt gl. ⁊ ideo
48 ſe corrigit, qꝺ imo debẽtur de iure. ¶ †Gl. ſuper ver. annuatim.
colligit, epiſcopus ſolū ſemel in anno viſitat eccleſias. Oppo. de
cenſi. cū venerabilis. de hereti. c. excõmunicamus. §. addicimus.
glo. concludit qꝺ ex cauſa potest bis, ⁊c. viſitare. quoties cauſa
ſubeſt: vt ſibi imputēt clerici qui tales ſe reddūt, vt egeāt tam fre-
quentata viſitatione. ordinaria vero eſt viſitatio, que fit. allegat.
x. di. regenda. alle. q; neceſſitas legem non habet. ⁊ alleg. de offi.
ordi. mandamus. ¶ Glo. ſuper verbo. facultatibus. proſequitur
49 generalia. ¶ †Quero de ratione quare capelle monaſteriorum
debeant habere par ius cū ceteris. dicit gl. q; cum ſint communi
ter ſubiecte epiſcopo, debent eodē iure cenſeri. xij. q. ij. c. cognoui-
mus. de decimis. c. um in tua. deinde proſequitur generalia, ⁊ alle
50 gat cõcor. ¶ †Quero an a pauperibus exigatur ꝑcuratio. qui-
dā qꝺ nihil aliū qꝺ oēs ſimul cõgregabunt, ⁊ tunc fiet exactio ab
oībus ſimul. ⁊ hoc vltimū tenet Jo. an. all. de cenſi. cum inſtātia.
51 ¶ †Opp. qꝺ hanc obedientiā habeat inferior epiſcopo, vt archi
presbyter, ⁊ arc. ẽ. de off. archi. c. j. ⁊ vlti. ⁊ idem de offi. dele. c. ſu-
per eo. cenſura. de elec. c. dudū. de offi. archi. c. cū ſatis iuriſdictio
ne: vt no. de off. ord. c. cū ab eccleſiarum. So. de iure cõmuni prin
cipaliter, ⁊ non ſub reſpectu, talia hꝫ epiſcopus: ſed de iure ſpecia
liter, ſeu ſub alio, ⁊ non principaliter aliqua poſſunt habere infe-
riores, ſicut ſunt archidiaconi ⁊ archipresbyteri. hoc dicit verum
Inn. qꝺ exerceant ꝑdicta tanꝗ̄ ſub epi: vbi aūt ſic eſt de cõſuetu
tudine qꝺ exerceant epiſcopi: tunc appellatur de eis ad archiepi-
ſcopū. alle. de no. ope. nun. ſignificantibus. pro exemplo: ⁊ vbi cõ
ſuetudo eſt qꝺ epiſcopi nõ cognoſcunt de cauſis ſubditorum ad
prelatos pertinētibus, quo caſu dicit qꝺ ſi vnū precipit minor iu
dex, ⁊ aliud epiſcopus, obediendū eſt minori citius, ꝗ̄ epiſcopo.
ad quod no. ẽ. c. paſtoralis. per gl. ⁊ doc. ⁊ in. c. ꝗ̄to. ¶ Pro ex-
51 peditione vnius gl. ꝓpter id, qꝺ dicit de iuriſdictione. ¶ †Que-
ro an epiſcopalis iuriſdictio poſſit preſcribi, vel eius pars: hanc
materiā vidiſti in. c. bone. de poſtu. q; ibi tractaui de modo que-
rendi, ⁊ preſcribendi talia iura. Expedio que ponit hic Innocē-
tius. ¶ Pono regulas. Prima, Nulla ꝑſcriptio currit ſine poſ-
ſeſſione. caſus eſt de preſcrip. c. ſm. ff. de vſuca. l. ſine. Secūdo, poſ
ſeſſio ſemel acquiſita non perditur, niſi quis timeat, vel ſuſpicet
ſe poſſe repelli: q; nõ perditur ſine animo. ff. de acq. poſ. l. poſſide
ri. §. in amittenda. ⁊ l. clā poſſideri. §. qui ad nūdinas. vnde neceſ
ſe eſt qꝺ expellatur, vel reuertens nõ admittat, vel ſuſpicetur ſe
poſſe repelli. l. clā poſſidere. §. qui ad nundinas. ¶ Per quas cõ
cluditur tertia regula, qꝺ vt iuris detur preſcriptio, illius requiri
tur patientia, ⁊ non alterius, qui id ius poſſidet, ⁊ cui ex preſcri-
ptione preiudicatur, ſiue tractetur de iure abdicando, ſiue de iu-
re creando vi preſcriptionis. ¶ Ad queſtionẽ Innocētius reſpõ
det non poſſe preſcribi totalē iuriſdictionẽ, nec etiā aliqꝺ capitm
epiſcopalis iuriſdictionis, vt qꝺ viſitet, vel vocet ad ſynodū, vel
de cauſa cognoſcat, epiſcopo ignorante, qꝺ nõ amittat poſſeſſio-
nẽ, ex quo nõ expellitur, vel animus non timidatur: vt dicta. l. clā
poſſidere. §. qui ad nūdinas. ff. de acqui. poſ. hoc verū, ſi ius velit
quis preſcribere ab epo abdicando: ſed ſi in dioceſi vellet nouum
ius creare, quo preſcripto epiſcopus nõ lederet, puta q; epiſco-
pus extraneus velit per priuilegiū, vel ius, vel conſuetudinē pre-
ſcribere ius archiepiſcopale in dioceſi currit preſcriptio, etiā epo
ignorāte: q; hec preſcriptio non tangit epiſcopum: requiritur ta-
men ſcientia metropolitani, cui preiudicatur. Hec vera, ſiue ille,
contra quem preſcribitur, habeat generalem iuriſdictionem, ſiue
in multis capitulis non habeat, dūmodo in omnibus habeat
eā, niſi in exceptis per ius, vel priuilegiū, vel cõſuetudinē: vbi au
tē in aliquibus tantū caſibus haberet, vt archiepus in dioceſi ſuf-
fraganei, tunc nõ exigitur ſcientia archiepi, ex quo eius iuriſdi-
ctiõi nõ detrahitur. Per hoc infert idē, ſi plebanus dioceſis ius
plebanus in capella alterius plebani eiuſdē dioceſis preſcribere
intēdat, vt preſcribat ſciente plebano, ⁊ altero dictorū modorum
poſſeſſionem amittēte, etiā ſi epiſcopus hoc ignoret, q; nõ inter-
eſt epiſcopi, cū ipſe poſſit pariter exercere iuriſdictionē ſuā in iſtū
ſicut in alium: ⁊ forte dicit idem, etiam dato qꝺ plebani ſint di-
uerſarū dioceſium. ¶ Predicta vera, ſiue iura talia cõpetāt de iu
re, vt epiſcopale, ⁊ plebanale, ſiue ꝓuilegio, vel cõſuetudine, ſicut
in epo papienſi, qui ex priuilegio hꝫ multa iura in dioceſi Placē
tie: q; talia preſcribere poſſet epus parmēſis. ſ. cõtra papieū. etiā
ignorāte epo placētino: q; nil quereret de iure, qꝺ teneat placeū.
de iure vero, qꝺ tenet papieū. preſcribere nil põt ignorāte epo pa-
pieū. ¶ Per hoc infert archiepus põt preſcribere vt portet crucē
vel vtatur pallio in dioceſi ſuffraganti alterius archiepi, ꝓprio
archiepo ignorāte. ⁊ videtur qꝺ nõ, q; proprius archiepus talia
poſſidet in propria prouincia, ⁊ ſic alius preſcribere nõ põt, niſi
ipſo ſciente, ⁊ poſſeſſionem amittente, vt dictū eſt. In cõtrarium
facit qꝺ etiā extraneus poſſet exercere in alio dioceſi virtute pri-
uilegij ſibi cõceſſi. ſ. vt lite pē. c. j. non enim per hoc tollitur hono
rificentia epi ꝓprij. quin ⁊ ipſe hoc poſſit, ex quo nõ amittit poſ
ſeſſionē. Reſpondeo, q; in priuilegio nouū ius acquirit, ⁊ creat
authoritate pape, q; ius etiā vnius põt tollere, ⁊ alteri dare. ix. q.
iij. cūcta per mūdū. ⁊ c. per principalē. In preſcriptiõe vero hoc
nõ ꝓcedit: q; ſi dicit ſe habere titulū, forte ex collatione alterius,
qui nõ habeat poteſtatē cõferēdi, cõſtat qꝺ talis titulus nõ pro-
deſt. ſ. de decimis. dudū. Itē q; propter preſcriptionē nõ põt ac-
quirere poſſeſſionē apud aliū conſtitutā, niſi ille ſciat per aliquē
de predictis modis: ſꝫ ſi nullū titulū alle. verum vel preſumptū.
preſcribere nõ poteſt, niſi poſſeſſor hoc ſciat. ⁊ de poſſeſſione ex-
pellat. 100. di. c. contra morē. xcij di. illud. Fatetur qꝺ alius non
priuilegiatus poſſet ex ſola bona fide contra hoc priuilegiū pre-
ſcribere: puta q; crederet hoc ius ſibi tranſlatū authoritate eius,
qui poteſtatē haberet: ⁊ interuenirent illa que ſunt in preſcriptio
ne neceſſaria. Or aduerte, duo tāgit Inn. Primū, quare priuile
gio queratur ius deferēdi crucē, ⁊ non preiudicatur: ⁊ ſecus eſt in
alio caſu, q; non preſcribitur. Secundū: qꝺ cõtra habentē de iure
cõi non preſcribitur ſine titulo: ſecus ſi de iure ſpeciali. vñ primo
creatur ius, ſeparatū ab illo. ſcꝺo non põt. creari ius, niſi precedē
te poſſeſſione: ⁊ hic creari nõ poteſt, niſi detur patiētia illius, qui
eam hꝫ, vel cui preiudicatur. rationē ſcꝺi dat capitulū primū. de
53 preſcr. in. vi. ¶ †Circa ar. ſubiectionis, quero de ei⁹ effectu. Dic
quod habet recognoſcere epiſcopum in dominū: quod ius com-
petit cõtra omnes in dioceſi, vel ciuitate: ideo dicit̄ epus talis or
dinarius. xj. q. de perſona. ⁊ in talib⁹ nõ prodeſt preſcriptio. de ꝓ-
ſcrip. ad audientiā nec conſuetudo cū nõ valeat niſi ſit ꝓſcripta.
de confine. c. fi. ⁊ breuiter nil poteſt obſtare niſi exceptionis ꝓuile-
giū. ū. c. duo. alias eueniend⁹ eſſet vt acephalus. xciij. diſt. nulla ra
54 tione. ¶ †Circa argumentum reuerentie, quero quis ſit ei⁹ effe
ctus. Dic qꝺ hꝫ eū in patrē recognoſcere, ⁊ propter hoc dꝫ ſibi
reuerētiam exhibere. ſ. titu. ſcꝺo. dilecta, etiā ſi ſit mulier, vt ibi.
¶ Circa argumentū inſtitutionis, de qua loquit̄, dic de authori
zabili ſupra curā. de of. archi. cū ſatis. circa vltimā partem non
55 ſunt gl. niſi vna literalis. ¶ †Quero qn̄ erit cā rationabilis exi-
gendi ſubſidiū. Dic puta q; epiſcop⁹ fecit magnā emptionē vel
fecit magnas expēſas ꝓ eundo ad papā vel Imperatorē, vel liti-
gando ꝓ iurib⁹ eccleſie, vel quecunq; caſus ſuperueniens, ꝓpter
quem ſupportādum habent neceſſe talia petere. hoc verū, niſi in
caſum incidat culpa ſua. de eta. ⁊ qua. c. j. q; ſi propter ſuam ꝓdi
56 galitatē ſibi imputet de conſuetudine ex parte. ¶ †Quero qua
re appellet̄ ſubſidium charitatiuū. Dic, q; cū charitate petit̄ nõ
violēter extorqueri debet. de cen. ex parte. nec a pauperibus, ⁊ op
preſſis. de cen. licet. ⁊ inſtruit prelatū vt cõgregato clero, exꝓmē
do cauſam ſue egentie, ⁊ hortando quod cū glibet ꝓximo in ne-
ceſſitate ſit ſubueniendum, fortius ſibi narrando, q; ſponſus eſt
toti⁹ eccleſie, ⁊ abſurdum eſſet quod ſponſa videret laborātē ege
ſtate ſponſum ipſa exiſtente diuite: ſicut in ſimili. ff. de re iudi. nõ
tantum. ⁊ hortando quod non expectent conqueſtionem dicen-
do quod dicitur de donat. c. j.

1 Viſitando monaſterium epiſcopus non introducere debet
ſeculares, ſed duos vel tres canonicos cum aliquibus religioſis.
2 In monaſterio laici non ſunt admittendi q; eorum conuerſatio
generat diſſolutionis materiam.
3 Seculares quare in viſitationibus non introducuntur, ⁊ de qui-
bus ſecularibus intelligatur. nu. 6.
4 Viſitationes fieri debent ſine ſtrepitu iudiciorum.
5 Aduocatus non introducitur in viſitando eccleſiam.
7 Epiſcopus an neceſſario habeat viſitare eccleſiā cū canonicis.
8 Viſitatio eccleſie cum quo habitu fieri debet.
9 Viſitando eccleſias maior numerus permittitur archiepiſcopo,
quam epiſcopo, ex quo duo canonici ſufficiunt cum epiſcopo.

10 In viſitationibus monaſterij quod debeat adeſſe certus nume-
rus canonicorum cum religioſis, quare non taxatur numerus
religioſorum, ſicut canonicorum.
11 Viſitando eccleſias quot hodie debent adeſſe perſone.

1 VI iurta. ¶ † Epiſcopus viſitãs monaſte
riũ non introducat ſeculares, ſed
duos, vel tres canonicos ſuos cũ aliquibus religio-
ſis. h. o. Primo premittit motiuũ ꝓhibitionis. Se-
cũdo ꝓhibet. ſcđa ibi: firmiter. ¶ No. primo qđ indecẽs eſt qđ ſe
2 cularis interſit viſitatiõis officio. ¶ † No. ſcđo qđ cõſortiũ, ⁊ cõ-
uerſatio ſeculorũ in monaſterio generat diſſolutionis materiã,
ſi admittunt laici, vt dicit gl. ĩ. q: oppido. i. multi ſunt infeſti cle-
3 ricis. de immu. ecc. clericis. li. vi. ¶ No. tertio ſummariũ. ¶ † Gl.
ĩ. querit quare ſeculares nõ introducuntur: q: fungi non debent,
4 quorum ſtudia ſunt diuerſa. xvi. q. vij. c. per laicos. † ⁊ tales vi-
ſitationes fieri nõ debent cum iudiciorũ ſtrepitu. de accu. c. olim.
5 ¶ † Per hoc dicũt doc. ꝙ neq; aduocatus licet admittere: q: in-
quirit de his, que ſecrete denuntiantur: ⁊ ſic ſunt corrigenda ſecre
6 te. ij. q. i. ſi peccauerit. ¶ † Quero de quibus ſecularibus loquit.
Dic ꝙ loquitur de clericis ſecularibus: q: de ſecularibus nõ erat
7 dubiũ. vel dic qđ forte de facto ducebat etiã ſeculares. ¶ † Gl. ij.
querit an cũ canonicis neceſſario habeat viſitare. gl. qđ ſic. lxxx-
vi. di. ſi quidẽ vero. ⁊ hoc intelligit Hoſt. ſi canonici ſunt idonei.
8 alleg. ſecus de ver. ſig. abbate. in ſi. ¶ † Gl ſuper verbo, habitu. al
leg. cõcor. ⁊ per illa iura dicebat Iac. qđ debent eſſe in cappa, vel
9 alio habitu honeſto, ⁊ ſm Ho. in quo chorum intrant. ¶ † Op.
poſt gl. qđ tantũ duos poſſit ducere canonicos. de cle. non reſi. c.
de cetero. ⁊ c. ad audictiã. So. illa in epõ, hic in archiepõ, cui per
mittitur maior numerus. facit de cenſi. cum apls. vel alia loquũ-
tur de canonicis, qui cõtinuo cũ epis equitãt: hec de his, qui va-
dunt, cũ viſitant, qui paucis diebus aberunt, ⁊ ſic eccleſia nõ gra
uat, ſm Ho. qui dicit hos adhiberi: q: in ore duorũ vel triũ ⁊c.
10 de teſti. in omni. ¶ † Quare nõ taxat numerũ religioſorũ, ſicut
canonicorum. dic, ne ſi totum caplm duceret, remaneret cathe-
dralis eccleſia ſolutio canonicorũ deſtituta. Tu dic ꝙ eſt ratio,
11 ne in eis inducatur diſſolutio ¶ † Hodie per extrauagãtẽ Boni
faciꝫ. eo. ti. debẽt ducere tres clericos, quorũ vnus ſit religioſus, ⁊
vnũ notariũ clericũ ducere põt, ⁊ oꝫ: loquitur tamẽ qñ viſitat ca-
pitulum ſue cathedralis eccleſie. hodie caplm, accedentes. de ſta.
mo, dicit viſitantes monaſteria monialiũ cõtentari debere duo-
bus notarijs ⁊ duabus pſonis eccleſie ſue, ⁊ quatuor alijs viris
maturis ⁊ honeſtis. dicit Ho. qđ mente conſiderata plures pote
rit, ⁊ pauciores, conſideratis idoneitate, ⁊ numero eorundem.

liſicate petitum, vel poſitu; cenſetur indiui.ſine petitũ, vel poſitũ. de ꝓbatio.licet. ⁊ qđ no. Bar.in l.diuus ff. de re iud. Ex iſtis no. quod nõ ſolũ appellatur a grauamine iuris, ſed etiam facti: ⁊ nõ ſolum preſenti, ſed etiam futuro, qñ grauamen in initio deſignat veriſimilem grauaminis cauſam in futurum. ¶ Scdõ eſt intellectus, quod hic appellatio ſubſecuta eſt iuramentum, ⁊ fuit interpoſita ad impediendam exactionem rationẽ iuramenti: quo caſu cu; hec appellatio ſit interpoſita ex veriſimili cauſa, ne exigat vltra quã alij metropolitani. de appel. bone. patriarcha ratione iuramenti nihil debeat exigere: ⁊ ſi exigeret, ⁊ archiepiſcopus preſtaret anteꝗ̃ ſup principali ꝓcedatur, reuocatur. Hoc nõ placet Inno. Et remittit ad no. de appel bone. Puto ꝙ ſi iuramẽtum preceſſit appellationẽ, ſi appellatio ſubſequat, ne exigatur ꝓ̃textu iuramenti, talis appellatio nõ impedit exactionem, nec illam retractat, niſi cõſtito, de appellatione. Ratio q̃a qđ exequatur iuramentum iam exactũ per appellationem non ſuſpenſum, nõ eſt innouare, imo eſſet innouare contra appellatũ, ſi nõ poſſet ꝓſequi ius ſuum. ſicut ſi eſſem in poſſeſſione, ⁊ appellaretur ne colligerẽ fructus: quia iſta appellatio non ſuſpendit poſſeſſionem, licet inhibeat futuram, nõ tollit futura, que veniunt ad conſequentiam preteritorum per talem appellationẽ nõ ſuſpenſorum. Sic loquitur hic. Si vero ſit appellatum ante iuramentũ, tunc bene credo qđ iuramentũ retractabitur per viam attentati. Hoc tene. Et eſt de mente Inn. Putẽ tamen ꝙ ex hoc ſolo iuramentũ nõ ſit nullum, quod preceſſerit extraiudicialis appellatio, niſi ex cauſa appellationis redderetur nullum: quia appellatio extraiudicialis vt non ſuſpendens partis poteſtatem, cum ſit ad cauſam ꝓuocatio, non reddit actũ poſt appellationẽ nullum. de elect. cõſideramus. niſi ſcdm naturã cauſe: vt eo. ti. bone. ⁊ no. eo. ti. auditis. ⁊ c. cum nobis. Si dicatur qđ attentatum ab initio retractetur, ſed non a volente ex quo ab illo nõ eſt appellatũ: vnde quia epiſcopus ſoluebat voluntarie, ⁊ fuit appellatum ne exigeret, credo quod tale iuramentum non retractetur per viam attentati: ſed ſi eſſet appel
22 latum ab vtroq;, tunc dico qđ retractaretur. ¶ † Sed quero generaliter de aliquib⁹ effectibus appellationis extraiudicialis an in aliquo differant a iudiciali. Dicit hic Inno. ꝙ vnus erit effectus: quia ſi appello ne emat quis hãc rem: quia res eſt mea, talis appellatio extraiudicialis habebit vim denuntiationis: vnde ſicut denuntiatio, facit male fidei poſſeſſorẽ. C. de rei vendi. l. ſi filiã ita ⁊ iſta appellatio. Quod intelligit Inn. in nouo poſſeſſore ſed in veteri preteſtatio. Plus dicebant aliqui quod etiam huiuſmodi appellatio prodeſt: ⁊ ſi ſit interpoſita ſine cauſa probabili, vel veriſimili, puta ne quis moleſtetur in poſſeſſione. Quod non placet Innoc. etiam dicenti quod talis appellatio nõ faceret per hoc ipſum male fidei poſſeſſorẽ, vt ad fructus teneretur, niſi ꝓbata poſſeſſione, quam habet probare ſic appellans: alias nõ, quantũcunq; fuiſſet appellatum: argum. ff. pro emptore l penultima. ¶ Unde comparat iſtã appellationẽ denũtiationi extra iudiciũ. Hoc placet, dummodo ipſe proſequatur poſtea appellationẽ, ⁊ probet cauſam, propter quam appellauit: alias contra appellantem preſumit non ꝓſequentem. de dolo. cum dilecti. Unde ſi proteſtatur, vt appellat ne emat, q̃a fundus eſt ſuus, vel ipſe eſt in poſſeſſione oportet quod hoc probet. Ubi tamen dicit gloſſa quod plus operatur ꝓteſtatio, quã appellatio: vt dicit gloſſa de conſtitutio. cum. M. ⁊ allegat. l. prima. C. de filijs fa. ⁊ quemadm. pater pro his teneatur. lib. x. vbi ſi pater ꝓteſtetur, ne filius vocatur ad munera, non obligatur pro filio: ⁊ ſecus ſi appellet a nominatione: quia illa videtur approbare. Ad hoc. l. iij. § filius. ff. rem ratã; haberi. ¶ Scdõ effectus, quia vbi appellauit, officio iudicis poterat per viã attentati reduci in ſtatu; ꝓ̃ſtinum. cum ſi alias non appellaſſet, oporteret quod intentaretur interdictum recuperande poſſeſſionis: argumen. predicte decreta. bone memorie. quo caſu grauaretur in probanda poſſeſſione, ⁊ ſpoliatione. de reſtit. ſpol. cum ad ſedem. hoc caſu ſufficit probare ſtatum, in quo erat tempore appellationis admiſſe. de appel. bone memorie. Hoc ponit Innoc. hic. ⁊ dicto. c. bone. ſupra de reſcriptis ex parte. ¶ Tertius effectus eſt, quia non ſolum cõtra ipſum, a quo eſt appellatum, poterit officio iudicis petere ſe reduci in priſtinum ſtatum, ſed etiam contra non ſpoliantes agere poterit, nec ſcienter recipientẽ a ſpoliato: vt dicta decret. bone. contra quos nõ habet interdictum. de reſtit. ſpol. cu; ad ſedẽ. nec cõdictionem ex decreta li. ſepe. licet quidam contra. Daretur tamen ſecundum Innocẽtium, alias Hoſtienſem, condictio ex canone, ⁊ reintegranda. iij q. j. ¶ Quartus effectus eſt, quia quelibet ſententia poſt talem appellationem extraiudicialem lata, dummodo probetur veritas cauſe, etiam ſi quid attẽtaretur a iudice, retractatur. de appell. dilecti. ⁊ cap. ad audientiam. cum alias ſententie excommunicationis, ⁊ etia; alie tenerẽt, licet eſſent iniuſte. xj. q. iij. c. j. ¶ Quintus eſt effectus, ⁊ magnus, quia tali proſequenti appellationem non obſtabit exceptio excommunicationis. Allegat de except. cum

inter. quo caſu ſi ageret per viam querele repelleretur. de iudicijs. intelleximus. Nec eſt differentia an a ſuo iudice appelletur, vel alio. de appell. bone memorie. propter quod facit cautum actorẽ quod non libellet in querela, ſed in appellatione: vt dicat, Peto
23 reuocari quicquid ſit poſt appellationem. ¶ † Nota dictum Innocentij, qui tenet hic quod extraiudicialem appellationem poteſt proſequi excommunicatus, cuius contrarium ipſe idem notauit in cap. cum inter. de exceptio. vbi dicit expreſſe quod excõmunicatus non auditur appellans extra iudicium. Joan. And. concordat. de except. cap. pia. in Nouella. libro ſexto. ¶ Quandoq; excõmunicatus appellat mere, id eſt, per omnia extraiudicialiter: ⁊ procedit quod dicit Jonnocen. in cap. cum inter. quia equiparatur ac ſi ageret. ¶ Quandoq; appellat non mere extraiudicialiter, vt cum appellat a ſuperiore, ſeu ab executore, vt quaſi iudicialiter proſequente: ⁊ procedit gloſſa Innocen. hic. Ratio huius eſt, quia appellans eſt quodãmodo neceſſitatus. ¶ Sextus eſt effectus, quia cauſam defert ad ſuperiorem. de quo de his que fiunt a maiori parte cap. cum in cunctis. ¶ Septimus eſt effectus, quia litere impetrate ab aduerſario non facta mentione, de appellatione non valẽt. de reſcriptis. ex parte. ſupra. Et hoc tene, licet contrarium notetur. de officio delegati. ex literis. Differentia tantum eſt, ſecundum Innocen. inter appellationem iudicialem, ⁊ extraiudicialem: quia appellatio iudicialis ſuſpendit effectum eorum, que procedunt. ff. ad Turpil. l. prima. Extraiudicialis non, ſed ſolum futura: ⁊ ideo vbi futura trahunt conſequentiam neceſſariam ad preterita, nihil ſuſpendit, vel impedit. Conueniunt tamen, quia in hoc non auditur poſt annum, ſicut nec in iudiciali. de appel. conſtitutus. ⁊ cap. ſicut. de appellat. in
24 clemen. ¶ † Secundo, quia quilibet poteſt praefigere terminum ſue appellationis. de appel. cap. ſepe. ¶ Non credit tamen Inno. quod talis terminus adſtringat vt habeat vim citationis, niſi iterato citetur, niſi in electione: vt ca. primo, de electio. li. ſexto. Sed ſi vult in termino comparere, poteſt, ⁊ habet beneficium. c. cordi. de appell. oblate, quia ſi appellans preueniat terminum, quẽ prefigit, vel malitioſe ſupplantet, litere non valebunt: quia ſi contrarium diceretur, ſequeretur quod quis poſſet citare aduerſarium quando vellet. de appell. c. cum ſit. ¶ Conueniunt in tertio, quia niſi appellans ꝓſequatur appellationem in termino punitur in expenſis. de reſcriptis. ex parte. de appell. cum ſit Romana. Itẽ pariter in vtraque proceditur. Quod patet per ea, que dixi: quia in neutra obſtat excõmunicationis exceptio. Quod nota. ⁊ hec
25 ſufficiant de prima gloſſa cum ſua materia. ¶ † Gloſſa, que eſt ſuper verbo, canonica, querit de qua forma iuramenti loquatur. Textus dicit de illa, que habetur de iureiurand. cap. ego, N. ⁊ debet promittere obedientiam, ⁊ fidelitatem. De forma iuramenti abbatum, habetur de ſimonia. ne Dei. De forma iuramenti canonicorum, de verb. ſignifi. cum clerici. De forma iuramenti rectorum eccleſie. de iureiurã. tua nos. Et vide de his, ⁊ ſimilibus, in ca. prealegato. ego. N. Nec obſtat, de cenſi. ſignificauit. vbi adducitur huic iuramento iuramentum de cenſu preſtando: quia qđ hic dicitur, habet locum in iuramentis iure communi, ⁊ generali cõſuetudine inductis, q̃ ſunt expſſa ⁊ limitata. Ubi vero certa forma nõ eſt ſcripta in iure, põt ibi ſuperior prouidere ſuper his ad que ſubditus adſtrictus eſt per formam iuramenti, ⁊ per omnem aliam licitam cautionem, ita ꝙ quandoq; preſtatur iuramentũ ſuper limitatis a iure: ⁊ procedit hec litera, vt non exigatur vltra formam canonicam, quãdoq; ſuper nõ limitatis a iure, vt ſuper his, que debentur iure ſpeciali: ⁊ tũc põt forma iuramenti ampliari ad quẽcunq; modum: vt. d. c. ſignificauit. Per hoc cõcluditur ꝙ iuramentum non debuit exigi amplius ab epiſcopis, ꝗ̃ permitterẽt canones, quia alias potuerũt epiſcopi vniuerſum negare. l. j. § idem Trebatius. ff. de aqua quotidiana ⁊ eſtiua. facit potius cõtra. Et dicit Hoſt. ꝙ hoc procedit, quãdo ſuperior nõ
26 vult aliter recipere iuramentum, per. § item queritur. ¶ † Oppono in eo ꝙ papa tollit conſuetudinẽ ibi obtentã alicuius conſuetudinis: conſuetudo enĩ induci põt, per quam quis alteri obligatur. de officio archidiac. capi. fin. Solu. ſecundum Hoſ. ꝙ hic loquitur de conſuetudine non preſcripta. Sed contra cum induco cap. Cumana. § de elect. vbi nomine conſuetudinis intelligitur de preſcripta. Solu. Hoc eſt verum, quando conſuetudo verſatur circa id, quod de iure nõ ſit prohibitum: alias nõ: ideo quero cum glo. penultima. de ratione quare non valet hec conſuetudo? Dic ꝙ prima ratio eſt, quia talis conſuetudo contra generalem ſtatum eccleſie eſt. c. diſtin. contra morem: quia debet ſeruare morem aliorum metropolitanorum. Secundo, quia per vſurpationem fuit hec conſuetudo obtenta: ⁊ ſic non prodeſt. x. q. iij. cognouimus. cũ ſi. Uel tertia cauſa erat, quia hec cõſuetudo erat, ⁊ iuramentum generale, ⁊ iuramentum hoc reſtringi cẽſetur, ad alias debita, ⁊ non debita: argumen. de iureiurando. cap. j. lib. vj. Uel quia hoc iuramentum fuit preſtitum contra canones: ideo

non valet. de foro competenti. ſi diligenti. Vel ideo. quia fuit pre
ſtitum in damno eccleſie, ideo non tenuit. de iureiurando. ſicut.
Vel dato quod conſuetudo eſſet ſeruanda. non tamen preter
iuramentum. Ponit exempla Innocen. Si erat conſuetudo de ſol
uendis aliquibus iuribus annuatim, quia non eſt licitum exige
re a nouo prelato. de cenſibus. prohibemus. Non placet hoc Ho
ſtien. qui dicit conſuetudinem eſſe, et de nouo exigere contradi
cunt. Ad hoc quod not. de reſcriptis. cum contingat. in vltima
glo. Dicit ergo quod patriarcha habebat de conſuetudine ali
quid addere in iuramento vltra ſolitam formam: talis conſuetu
do omnino obſtabit, tanquam irrationabilis, et periculoſa: quia
ſi talis additio approbaretur, miniſtraretur materia auaritie, et
ſuperbie prelatorum, et ambitioni ſubiectorum, qui vt dicit In
nocen. promitterent, et iurarent quicquid vellent ſuperiores, vt
promouerentur, vel ne promotio ſua impediretur. de inſtitu. cũ
veniſſent. de cẽſib9. quãuis. Ideo talis cõſuetudo, ſicutis preſcripta
tanquam irrationabilis, reprobatur propter periculũ animarũ.
27 de cõſuetu. capitul. i, et final. ſecundum Hoſtien. ¶ † Sed an ex
eo infringatur hoc iuramentum, quod poſt appellationem, vel
ante preſtitum fuerit. Inno. ꝙ non, dum tamen poſſit ſeruari ſi
ne interitu ſalutis eterne: et id non licet valeat actus iudicio poſt
appellationem, et vinculum ſententie, valet tamen promiſſio par
tis, et iuramentum. Quod no. Sed an propria authoritate poſ
ſit ſubiectus denegare id quod exigitur vltra conſuetudinẽ alio
rũ metropolitanorũ. Glo. dicit ꝙ ſic, licet illud diu preſtiterit. C.
de agri. et cenſi. l. litibus. li. xi. quia tempus non eſt cauſa inducen
de obligationis: vt in. §. placet.

1 ☞ Capitulum confirmat mortuo epiſcopo confirmandos.
2 Delegatus poteſt a papa dari frater mendicans, ſi eſt etiã prior.
3 Eligendi poteſtate priuatum capitulum poteſt papa reſtituere
de gratia.
4 Eligendi poteſtatis ſpes ſpectans ad epm iure deuoluto nõ de
uoluitur ad capitulum ſede vacante.
5 Reſcripto contra ius impetrato addi debet per papã de gratia.
6 Poſtulatio, et electio, idem eſt attento fine.
Eligendi poteſtate priuatus, priuatur etiã poteſtate poſtulãdi.
7 Poſtulationis via prouidetur in eccleſiis inferioribus de inha
bili.
8 Electio alias nulla, iniuſta, et non includitur in mandato confir
mationis electionis.
9 Reſtituta poteſtas in conſecutiuis ad illam eiuſdem eſt nature,
cuius eſt prima.
10 Negligentia, vel delicto poteſtas confirmandi, ſeu eligendi per ca
pitulum deuoluitur ad epiſcopum.
11 Capitulum nõ ſe intromittit vacante ſede de poteſtate ſpectan
te ad epiſcopum iure deuoluto.
12 Epiſcopus poteſt in capitulum transferre de gratia ea, que ad
eum ſpectant de iure deuoluto.
13 Reſtitutio poteſtatis eligendi cuius ſit effectus.
14 Eligendi poteſtate quare poſſit capitulum quandoqꝫ priuari.
15 Capitulum ſuccedit de gratia in poteſtate iuriſdictionali epi, va
cante ſede, per que non contigit alienatio. nu. ſeq.
16 Capitulum ſede vacante non ſuccedit in poteſtate alienãdi, vel
dandi licentiam tranſeundi de vna eccleſia ad aliã, vbi dicta po
teſtas erat ſolius epiſcopi.
17 Epũs ex quo habet per confirmationem poteſtatem adminiſtra
tionis, an videatur habere poteſtatem alienandi.
18 Fructus beneficiorum non ſunt futuri epiſcopi.

1 CUm olim. ¶ † Mortuo epiſcopo confir
mat capitulum confirmandos
ab ipſo. hoc dicit. Prima pars prouidet circa electio
nem. Secunda circa confirmationem, ibi: mandãtes.
2 ¶ † Nota ex ſuprascriptione, quod frater mendicans poteſt
dari a papa delegatus, ſi eſt prior. Unde hodie in clementina. ſi
3 principalis. de reſcriptis. ¶ † Nota quod capitulum priuatum
4 poteſtate eligendi poteſt papa reſtituere de gratia. ¶ † No
ta quod ſpes poteſtatis eligendi iure deuoluto ſpectans ad epi
5 ſcopum, non deuoluitur ad capitulum vacante ſede. ¶ † Nota
quod vbi papa aliquid mandat contraius, addit verbum. De
6 gratia. ¶ † Nota quidem eſt poſtulatio, qd electio, attento fine,
vt quia priuatus poteſtate eligendi, ſit et priuatus poteſtate po
ſtulandi. quod nota propter illa, que dixi de poſtulatio. prelato.
cap. i. ¶ Nota regulam quod in poteſtate confirmandi, et qua
7 cunque iuriſdictionali ſuccedit capitulum, vacante ſede. ¶ † Itẽ
nota quod inferioribus eccleſiis prouidetur de inhabili per viã
8 poſtulationis. ¶ † Nota quod mandato confirmationis ele
9 ctionis non includitur electio, alias nulla vel iniuſta. ¶ † No
ta ꝙ poteſtas reſtituta in conſecutiuis ad illam eiuſdem eſt natu
re, cuius eſt prima. Unde ſicut electionem vi poteſtatis antique
habebat cõfirmare Meſſanẽ. ita et virtute poteſtatis reſtitute.
10 ¶ † Opp. ꝙ papa hanc poteſtatẽ nõ potuerit de ordinaria ptãte
concedere conuentui, quia negligentia, vel delicto eis priuatis, po
teſtas erat deuoluta ad epiſcopũ. de electio. ſi. lib vi. cuius iuri
11 non debuit preiudicari. de off. dele. ſuper eo. † Sol. Hoc fecit pro
pter plenitudinem poteſtatis. Vel dic ſecundũ Hoſtiẽ. ꝙ ele
ctio erat deuoluta ad papã. Simile qd no. in c. cupientes. de elect.
li. vi. Vel dic ꝙ licet hec poteſtas deuolueretur ad epiſcopum, tñ
ad capitulum vacante ſede deuolui non poterat: et ideo vacãte ec
cleſia Meſſanen. ſine iniuria capituli potuit papa cõcedere: qd
in ptãte ſpectãte ad epiſcopũ iure deuoluto ſe nõ intromittit ca
pitulum, cũ ea non habeat iure proprio. Quod facit ad not. in c.
epũs. per Jo. Mo. de elect. li. vi. vbi per Jo. An. ſuper glo. penult.
12 Ad qd faciunt no. in c. cũ in cũctis. ad ſi. ẽ. de elec ¶ † Sed que
ro an hãc gratiã poſſit facere epũs, vel archiepiſcopus poteſtate
ad eos deuoluta. Dic ꝙ ſic, licet non poſſent ratificare actibus
factã ipſis non reſtitutis. de ſupplen. neg. prela. literas. Jo. dicit
ꝙ putat ꝙ de ſuo tempore poteſt cõcedere archiepiſcopus epiſco
po, vel epũs inferiori: ſed directe facere nõ poſſet quod lapſis ſius
tribus mẽſibus inferior poſſet eligere ad preiudicium ſuperioris
13 ad quem deuolui debet poteſtas ¶ † Quero ſecundo, cuius effe
ctus ſit hec libera reſtitutio poteſtatis. Dicit Jo. And. ꝙ iſti de
nouo habebunt integrũ tẽpus: vt not. de elec. ſi electio. li. vi. Et ſi
nõ eligãt infra tẽpus debitũ, vel iterum eligãt ſciẽter indignum,
deuoluetur poteſtas ad dioceſanum: qꝛ nõ iure pape ſed iure ſuo
recuperato eligunt. C. de temp. in inte. reſti. pe. l. pendente. ff. quis
et a quo appellatur. l. vltima. vbi dicitur ꝙ ſi magiſtratus de mã
dato principis dat certũ iudicem, tamẽ appellabitur magiſtrat9.
Facit de reſcriptis. c. cũ aliquibus. lib. o. vi et hic eſt caſus: quia,
vt patet, cõfirmatio fuit facta per capitulum, ad qd debebat iri,
14 ſecundum naturam priſtine poteſtatis. ¶ † Ad glo. primam gl.
querit quare eſſent priuati poteſtate eligẽdi. Dicit quia forte ele
gerant indignũ ſcienter, vel nõ elegerunt intra tẽpus debitum. de
electio. cum in cunctis. et c. ne pro defectu. Intellige quãdo ſcien
ter eligit indignũ, ſecundũ doc. arg. eorũ, que not. in c. conſidera
uimus. de electio. Ponunt docto. exemplũ aliud, puta quia for
te per ſententiã fuerũt priuati poteſtate eligendi. quia elegerant
15 cõtra formam capituli. quia propter. vt ibi eſt caſus. ¶ † Expreſ
ſe colligit gl. ꝙ capitulũ ſuccedere in poteſtate iuriſdictionali epi
ſcopali. alleg. cócor. Aliqui tñ dixerunt hic contrariũ ꝙ iuriſdi
ctio eccleſie vacantis regulariter nõ deuoluitur in capitulũ, niſi
vbi in iure inuenitur expreſſum. Et qd hic dicitur de cõfirmatio
ne, fuit de gratia, nõ de iure, cuius contrariũ cõmuniter tenetur.
16 vt hic notat Joan. And. ¶ † Ea. gloſſa in verſicul. argumenta
multa. Opp. quod capitulum nõ ſuccedat in poteſtate epiſcopi,
ne ſede vacante. c. illa. vbi non confert beneficia ad epiſcopũ ſpe
ctãtia. xxiiij. diſtinct. cap. preſbyteri. lxxxi. diſtinc. c. fraternitatẽ.
vbi capitulum vacante ſede non dat licentiam tranſeũdi ad aliã
eccleſiam, ſi ibi eligatur: et ſic capitulum nõ ſuccedit in iuriſdictio
nalibus. ¶ Ad ſecundum dic ꝙ hoc inducit prohibitio aliena
tionis, que fieret per talem licentiam. De hoc tamen dic vt in. c.
ſi abbatem. de elec. li. vi. Glo. hic concludit capitulũ vacante ſede
nõ ſuccedere in poteſtate alienandi: quia res nõ pñt alienari ſine
conſenſu prelati. xij. qd. ij. cap. ſi qua de rebus. nec perſonas mul
to fortius, cũ maior ſit alienatio perſone, ꝗ rerũ, eo quia res pro
pter perſonas: vt. l. in pecudum. ff. de vſuris. xij. q. i. precipimus.
per hoc alienatur perſona. Ad primum dic cum glo. quod ſi po
teſtas conferendi ſpectat ad epiſcopũ tantũ, non poteſt capitulũ
ſuccedere: ſec9 ſi ad vtrũqꝫ. Ita hodie eſt determinatũ. ne ſede va
cante. capitul. primo. libro vi. ſic loquitur obiectũ. Aſſignat glo.
rationem: Fructus epiſcopatus vacante ſede nõ poſſunt aliena
ri ad preiudiciũ futuri prelati hodie. de elect. quia ſepe. et cũ fui t
ſeruãdi. Sed cõferre, eſt fructus poteſtatis cõferendi, et inter bo
na epiſcopalia numerantur: adeo nõ poteſt illã exercere xij. qd. ij.
hoc ius placiti. de offi. ord. cum nos. Poteſtas autẽ confirmãdi
nil alienat. ſed acquirit, et pro tanto eã exercet capitulũ vacante
ſede. Nec obſtat. c. ſicut tuis. de ſimo. quia illud procedit de iure ſpe
ciali, de iure aũt communi deuoluitur ad capitulũ, vt hic. ¶ Cõ
cluditur, ergo cathedrale capitulum vacante ſede iuriſdictionalia
exercet, per que nõ contigit alienatio rei, vel perſone, vel fructuũ
epiſcopalium: ſed bene alia iuriſdictionalia exercet. Quod nota.
¶ Per que infert gloſſa quod ſi capitulum ſuccedit in poteſtate
examinandi exceptiones, que opponũtur contra electũ, et ſuper
eas pronunciandi, et repellendi, et electionem caſſandi, vel repelle
re, vel admittere, prout de iure fuerit: quia in hoc habet parẽ iuriſ
dictionẽ epo. Abb. dat aliam theoricã, dicens quod in his, que
epiſcopus cõmunicat cũ capitulo, capitulũ ſuccedit: ſed in colla
tione beneficiorũ nõ cõmunicat: ergo minor eſt falſa: qꝛ dicit Jo.
An. ꝙ lꝫ nõ cõcicet cõſenſum, cõicat cõſiliũ: qꝛ facit cũ cõſilio ca
pituli. de

pitulo.de his que fiunt a prela.quanto.z.c.ea noſcitur.⁊ tamen il
la communio,etiam ſi requirat conſenſum,non tranſfert colla-
17 tionem in capitulum:vt dicto.c.j.ne ſede vacāte.li.vj. ¶ †Circa
poteſtatem dandi licentiam Joan.Mo.in.c.ſi abbatem.lib.vj.
de electio.tenet contrarium:⁊ dicit quod iura ſupra allegata,
hoc nō probant.De quo dic vt ibi per Joan.An.⁊ tenet quod
capitulum poſſit.Et reſpondet ad rationes hic poſitas,dicēdū
eſt vt ibi.Theorica gl.non placet Hoſt.dicēs ꝙ ſit alienatio etiā
perſone in cōfirmatione:qꝛ omnia ſubijciūtur dicto prelato per
confirmationē:qꝛ nec aliter poterat adminiſtrare.de elec.c.noſti.
qꝛ per confirmationē datur poteſtas adminiſtrādi.de elec.c.qua
liter.z.c.trāſmiſſa.⁊ forte ſi prelatus expectaretur,fieret diligen-
tior examinatio,ne ille trāſiret.de elec.c.nihil.Et ſequeret ex hoc
prelatus ꝙ habebit ſubditū quem nollet,vel nō expediret habe-
re:ergo ſit preiudiciū.de trāſl.c.quāto.§.cetera.de filijs preſby.ca.
propoſuit.Et dicit ꝙ ratio eſt diutina vacatio,vbi poſſet immi
nere periculū animarū:quia pōt cōfirmare ne vacet:⁊ non poteſt
licentiam dare ne vacet eccleſia.Hec ratio eſt plena in collatione.
¶ Hoſtienſis reprobat aliā rationē,que aſſignatur in collatione
per gloſſatorē,ſcʒ ꝙ capitulū nō poſſit fructus alienare:qꝛ ꝑ hoc
cōcluderetur,dicit ipſe,ꝙ epiſcopus faceret fructus ſuos:qđ eſt
falſum.de offi.or.c.cū nos.⁊ qđ ibi notaꝛ.Dicit Jo.An.qđ pla
cet ſibi theorica gl.ſiue cōfirmet ſubditū epi,ſiue alienū:qꝛ ꝑ hoc
acquirat,vt.ſ.dictū eſt.Nec obſtat prima ratio Ho.quia non ſe
quitur,prelatus cōfirmatur,ergo pōt alienari aliquid ad preiudi
ciū confirmātis.Unde licet confirmatus adminiſtret,per hoc ſit
aliqua alienatio alicuius iuris epiſcopalis:qꝛ cōfirmatio eſt exer
citiū iuriſdictiōis,ꝙ̄ neceſſario tenetur impēdere ſuperior ei,qui
eſt dign⁹:alꝛ ab eo pōt appellari:cū electio innitaꝛ iuri.de poſtu.
c.pe.ſed collatio innititur mere liberalitati,ſaltē in cui dādo.de
preb.relatū.Pro hoc qđ notaꝛ de decimis.c.ſi.¶ Nō obſtat ſe-
cūda ratio,qꝛ diligētius ſucceſſor examinaret,ꝙ̄ capitulū.Dic
ꝙ hoc nō eſt verū qꝛ ꝙ a pluribus ꝗritur.⁊c.de off.dele.ca.pru-
dentiā.in princ.§.addicimus.alias ver.illa quippe.¶ Ad tertiā
rationē:qꝛ per cōfirmationē ſucceſſor habebit ſubditū,quē nol-
let.Dic ꝙ cū confirmatio debeat fieri iuridice,nō ſurgit hec ſu-
ſpicio,ſed poti⁹ preſumiꝛ ꝙ iſte cōfirmabiꝛ.Aut ergo ſucceſſori
diſplicebit de iure:⁊ nō eſt ſibi ſublata ptās:quin poſſit etiā ꜩ cō
firmatū procedere.Aut ſine cauſa:⁊ nō habet de quo cōqueraꝛ:
⁊ ſic ipſe idē fuiſſet adſtrictus cōfirmare.Itē iſta ratio tertia pro
cederet etiā in cōfirmatione a predeceſſore.Itē dato ꝙ ſibi diſpli
cet,dum tn̄ electio ſit canonica,tenetur illū cōfirmare.ſ.de elect.
18 poſt.ꝙ̄.¶ †Ad quartā rōnem dic ꝙ nō procedit hec reprobatio
qꝛ nō per hoc ſentit Ber.qđ faciat fructus ſuos,ita qđ glo.non
vult ꝙ fructus beneficiorū tan quā fructus epi reſeruētur futuro
epiſcopo:vn̄ dicitur in fructu ſolum propter liberalitatē,quā ha
bet epiſcopus in poteſtate conferendi.de preben.c.relatū.de de-
ci.c.vltimo.l.fin.ff.de vſuris.

1 ☞ Ordine,qui maior eſt,licet poſterior in eccleſia inſtitutus po
tior eſſe debet in loco,⁊ portione.
2 Honor loci debetur ſecundū ordinē dignitatis,⁊ qualitatem,nō
ſecundū ordinem temporis.
3 Ordines tres ſunt ſacri.
4 In ordine minores debent ſeruitia maioribus,tamen in ordine
conſueto.
5 Maioritas quotupliciter conſideratur.nu.11.
6 Ordine maiores quare honorantur ſedis maioritate.
7 In portione diſtributionis rerum eccleſie attenditur maioritas
dignitatis,vbi conſuetudo hoc inducit.
8 In beneficijs eccleſie annexis acquirendis attenditur temporis
differentia,non autem maioritas perſone.
9 In beneficio cōferendo ſi duo impetrātes ſimul concurrūt,quo-
rum vnus eſt maior ⁊ alter minor,prefertur qui prior eſt in data.
10 Ad obedientiam,vel ſeruitium nemo alteri tenetur,niſi ratione
preeminentie iuriſdictionis.

1 Statuimus. ¶ †Qui maior eſt ordine,
lʒ poſterior in eccl'a inſtitu-
tus,in loco,⁊ portione,por eſſe dʒ.Scđa ibi:⁊ q.Ter
2 tia ibi:ac minores.¶ †Nota ꝙ ſm ordinē dignitatis,
⁊ qualitatē debeꝛ honor loci,nō ſecundū ordinē tpis.Et ſic facit
ꝙ iunior maior in dignitate precedere debet ſeniorē nō in digni-
tate poſitū.¶ Nota ſcđo ꝙ in portione ꝑcipienda attēditur ma
3 ioritas dignitatis.¶ †Nota tertio tres ordines ſacros,ſcʒ preſ-
byteratus,diaconatus ⁊ ſubdiaconatus.Ad qđ vide no.per gl.
4 in prohemio ſexti,in gl.ſuper verbo,epo.¶ †Nota quarto,ꝙ mi
nores in ordine debēt ſeruitia maioribus,in ordine tn̄ conſueto.
5 ¶ †Quero quotupliciter conſideratur maioritas.Dic ꝙ quā
doqʒ reſpectu dignitatis.de elec.dudum.z.ſ.de officio deleg.pa
ſtoralis.Quīqʒ maioritas conſideratur reſpectu tēporis:qꝛ vnus
prius eſt inſtitutus,ꝙ̄ alter.ſ.eo.c.j.Quīque reſpectu ſenectutis.
ff.de iure immu.l.ſemper.⁊ de trāſl.quāto.Quīqʒ reſpectu diſpen
ſatiōis.alꝛ plātis.de elec.trāſmiſſam.⁊ de ind.at ſi clerici.Quīqʒ
reſpectu cōſecrationis.de cōſe.ecc.vel alta.aqua.z.j.c.prox.Quī-
qʒ reſpectu ordinationis:vt.c.per tuas.⁊ hic ꝓfertur maioritati
temporis,⁊ ſenectutis,ſecundum Hoſt.vide de reſcriptis.ſedes.
6 ¶ †Querit glo.j.quare honorantur maiores ordine ſedis ma-
ioritate.Dicit,ꝙ ſm dignitatē cuiuſqʒ quilibet eſt honorandus
in ſede.de conſue.cum olim.Item quia prius in ordine,ſubſcri-
ptionibus,⁊ ſede,eſt honorādus.xvij.di.c.vlt.ff.de albo.ſcri.l.j.
Glo.vlterius ꝓſequitur generalia vſqʒ ad ver.ar.cōtra.Opp.in
ver.arg.cōtra,⁊ videꝛ ꝙ nō honoretur quis rōne dignitatis,ſed
rōne bone vite:vn̄ dicitur,non gradus excellētior,ſed vite meritū
facit quem alijs anteire.lx.di.non loca.quo ad meritum virtutū,
⁊ vite,attēditur bona actio vite,⁊ nō dignitatis:quo ad premiū
honoris quīqʒ pōderatur dignitas,ſcilicet quo ad mundanū ho
7 norem.¶ †Glo.§.que incipit,ſic videtur.colligit ꝙ in perceptio
ne beneficiorū habēda eſt diſtinctio perſonarū,ſiue dignitatū,vt
plus percipiant maiores,ꝙ̄ minores.Et proſequitur generalia,
que huic concordant,vſqʒ ad ver.ſed cōtrariū videꝛ,In verſicu.
ſed cōtra.opp.ꝙ oēs,qui in vna eccleſia famulātur equaliter per
cipere debēt.de cōſti.cū omnes.⁊.c.cū M.nec vni dandum eſt,
vbi alij ſcrupuloſo corde moueanꝛ.xvj.q.vij.c.j.Et dicit ap̄lus,
Nō eīn volumus vt alijs ſit remiſſio,nobis autē retributio.xxv.
q.j.§.his ita.ad ſi.⁊.ff.pro ſocio.l.verū.§.ſi cū tres.vbi dicitur,ꝙ
ex eadē ſocietate plus nō debet vnus ꝑcipere,ꝙ̄ alter:nec nobilis
ꝓponitur ignobili.de app.cōſtitutus.Item non refert vndecūqʒ
ſint.de inſt.ad decorē.⁊ qui laudabiliter ſuū officiū exequuntur,
ex ſuperabundāti exigitur ſue notio nationis.de iudicijs.cum de-
putati.Si eīn canonici habent ſuas prebendas,ſit maior,vel mi
nor,percipiet ſuos reditus.¶ Glo.hic concludit ꝙ ſi cōſuetudo
eſt in eccleſia quod pares,vel diſpares ſint portiones,⁊ ille dētur
maioribus,qꝛ eſunt maiores,illam ſeruari:vt de conſue.c.ſi.li.vj.⁊
dicto.c.omnes.dūmodo ſit rationabilis.Sed ſi nulla ſit cōſuetu
do,puta qꝛ eccleſia fundatur de nouo:tunc recurrendū eſt ad cō-
ſuetudinem vicinarū eccleſie ſue prouincie.j.de cēſi.ſuper eo.Ceſ-
ſantibus aūt cōſuetudinibus,id eſt:ſi nō adueniūtur cōſuetudi-
nes,tūc de iure cōmuni dic,ſi agitur de beneficio percipiēdo,ma
ioritas dignitatis,vel ordinis pōderatur in preferēdo,⁊ ſicut ab
initio nobilitas,ſiue ſciētia,vel maioritas ordinis cōſiderāda eſt,
vt maioribus ⁊ pluribus beneficijs honorētur ab illis qui eos ꝓ
mouent,vt.j.de prebē.de multa.Si agitur de percipiendis redi-
tibus beneficiorū:⁊ tūc ſi in eccleſia ſunt diſtincte prebēde:nō pō
derabitur dignitas:ſed quilibet percipiet fructus ſue prebēde:vt
dicet glo.prope finē.Si vero ſunt indiſtincte prebēde,ita ꝙ redi
tibus congregatis dantur portiones de cōmuni cellario,tūc in
percipiendo maior in reſpectu ordinis,vel dignitatis,prefertur
minori:ita ꝙ preſbyter prius percipiat portionē ſuā,ꝙ̄ diaco-
nus,vt hic.Idē dico reſpectu inſtitutionis in illis,qui ſunt eiuſ-
dē ordinis,ceteris paribus,vt preſbyter prius inſtitutus,prius
inſtituto,⁊ exiſtēte in ſimili dignitate,vel officio.Facit.c.j.ſ.eo.
Et ſm glo.hic ponendo ſecundū intellectū exponit potiorem,
id eſt,priorem reſpectu dignitatis,ordinis vel inſtitutionis.Nō
ergo intelligit gl.quē eſſe potiorē reſpectu quātitatis portionis:
quia dixit quod de iure cōmuni non plus eſt dandū maioribus,
ꝙ̄ minoribus de cōmuni celario,quo ad victus.Facit.c.propo-
ſuit.de filijs preſby.Secus in his,que dātur pro veſtibus:vt no.
per Inn.in dicto.c.cū omnes.de conſti.⁊ ſic tūc hoc verbū,po-
tiorē,deberet exponi,id eſt,vberiorem,ſeu maiorē.Que dixi in
portionibus,procedūt in quotidianis diſtributiōibus,ſuppoſi-
ta preſentia,⁊ reſidētia cuiuſcunqʒ.¶ Ad obiecta riđe primo
ad.c.cū oēs.dic ꝙ ibi nō volebāt habere rationē maioritatis,ſʒ
temporis receptionis:quod hic reprobatur.Diſparitas ergo in
quātitate percipiendi quo ad veſtitum ſecundū gradū ꝗtitatem
bene toleratur,ſed nō ſcđm temporis antiquitatem.Hec ſolutio
non videtur bona,per tex.in.c.ſi.de conſuetu.li.vj.¶ Ad ſm re
ſpōde,ꝙ non eſt dandū vni vnde alius moueretur.Dic ꝙ non
eſt dandum vt moueatur rationabiliter,ſed irrationabiliter mo-
ueꝛ,ſi plus detur maiori.Sic reſpōdeatur ad dictū Apoſt.Uel
loqtur ex humilitate.Ad id,qđ dicitur de ſocietate,ibi loqtur in
cōtractibus,qui formam accipiunt ex partium cōuentione:⁊ cō
tractus nō debent claudicare.Hic loquitur in ꝓmijs eccleſiaſti-
cis,in quibus attēditur maioritas dignitatis.¶ Alia ꝯtraria
ſunt remota:qꝛ hic nō habetur diſtinctio originis in diſparitate
ſeruanda,ſed bene habetur ratio ordinis.Et iō exponit gl.potio
rem,id eſt,priorē:quaſi nō denotet tex.maioritatē in perceptione
vel reſpectu perceptionis,⁊ ſic nō erit diſparitas,ſed prioritatē
reſpectu perceptionis,vt maior prius ſuā,licet parem prebendā
percipiat.¶ Sed omiſſis ſuperfluis,in decretali habetis plura

dubia. Primum, quia videtur quod ⁊ dignitate, ⁊ q̄titate non
detur excellentior vita. xxiij. q. iiij. ſciētie excellētiā. Sol. Si agi-
tur de p̄mio virtutum, attribuitur bona actio vite. Si agitur de
premio honoris mundani, attenditur dignitas, vt hic. ¶ Et ſi
opponitur contra ſolutionem illam certum eſt qd ſi mihi preben-
da eſt aſſignata, omnes fructus ita cito percipiam ſicut alij: nec
in hoc erit aduertenda ratio ordinis. Solu. Dicit gl. Si tu pon-
deras ante collationē, tunc ſunt plus honorandi maiores, ꝙ mi-
nores in collationibus. Et quandoq; habetur ratio dignitatis:
de preben. de multa. Si ponderas poſt collationem, tunc ſi pre-
bende ſunt diſtincte, quilibet percipit ſuos: ⁊ nō habetur ratio di-
gnitatis, vel ordinis. Si ſunt indiſtincte prebende, quia de com-
munib᷒, aſs omnibus fructibus tot aſſignantur portiones. Di-
cit glo. quod procedit decre. vt potioritas, ⁊ maioritas habeatur
reſpectu dignitatis. Hoſtien. dicit quod procedit decre. Si quo-
tidiane diſtributiones aſſignarentur in eccleſia, quod maior or-
dine deberet preferri in perceptione, dummodo ſit preſens, ⁊ de-
ſeruiat qui petit illam. Idē ſi agatur de prebenda permutanda,
diuidenda, vł adipiſcenda, vel percipienda: de cle. non reſi. de cete
ro. dicit qd hoc ius eſt inductum in fauorem ordinatorum, ⁊ odi
um non facientium ſe ordinari. de eta. ⁊ qualita. queris. Idē dicit
8 ſi agatur de tota aſſignanda. ¶ † Opp. ⁊ vř qd habeatur differē
tia temporis, ⁊ non maioritatis perſone. de reſcriptis. capitulum
vbi prior in data prefertur. de reſcriptis. c. tibi. qui. lib. vj. ⁊ ſ. de
offi. delega. ex parte. videte, colligendo mentem Innocētij po-
tius, quā verba, conſiderandum eſt quod, quandoq; tractamus
de aliquo preferendo in acquirenda prebenda antequam ius ſit
queſitum alicui in genere, vel ſpecie: ⁊ tunc eſt bñ verum quod pōt
haberi ratio dignitatis, ⁊ maioritatis in conferendo: vt in ca. de
multa. ¶ Quandoq; tractamus de aliquo preferendo acquiſito
iure ſpecifico ad prebendam, id eſt habente ius afficiens preben-
dam, vt quia eſt apoſtolicus: ⁊ tunc non attenditur ratio maiori-
tatis, ſed prioritatis iuris queſiti: ſic loquitur contrarium. Et idō
ſi primus in data ſit minor ſcđo in data, quantumcunq; ſit ma-
ior, debet p̄poni, vt in contrarijs: licet Hoſtien. hic contra, ⁊ ma-
le, qui allegat. l. aſſiduis. C. qui po. in pig. ha. ⁊ de eta. ⁊ quali. que-
ris. que iura nihil faciunt. quia per mandatum ſecundi nō debet
preiudicari primo, ex quo iam ius eſt queſitum. id eſt, affecta eſt
prebenda. facit cap. ſepe. de preben. libro. vj. ¶ Qñq; tractamus
de preferendo aliquo, non acquiſito iure ſpecifico, ſed in genere:
puta quia duo ſunt recepti a capitulo, ⁊ non habent prebendas,
nec ius ad certas prebendas: vt duo ſunt in eccleſia, in qua non
ſunt diſtincte prebende: iſti habent ius in genere, ſed nō in ſpecie,
ad aliquas prebendam, hoc caſu equum eſt qd ſeruetur hec decre.
Dicit tamen Inn. qd ſi in receptis propria authoritate, ipſi de
capitulo non ſeruarent, ſed conferrent minori quod teneret col-
latio: quia non afficitur prebēda pro altero: cui tamen eſſet inte-
rim prouidendum ſecundū formam decretalis, dilectus. ij. j. de
p̄bē. ſec᷒ in reſcriptis, quorū receptio alterius afficit vt p; ex pre-
9 dictis. Pro hoc. c. ſi poſtꝙ. de elect. lib. vj. ¶ † Per predicta di-
cebat Hoſtien. qd ſi duo impetrantes a papa concurrent, quorū
vnus eſſet maior, alter minor, attenderetur maioritas ordinis.
Dicit tamen quod alij contra. vnde ſeruaretur capitulū pe. de re
ſcriptis. lib. vj. Fateor tamen quod vbi optio eſt capituli in ter-
minis illius decre. equum eſſet qd eligerent maioris ordinis cōſti
tutum: ⁊ ſi nō facerent, nihilomin᷒ haberet locū electio. ¶ Per
predicta determinatur. Duo ſunt recepti authoritate pape per
literas etiam in forma, cum ſe facultas obtulerit: an p̄ma vacans
conferatur maiori, an minori, non attento tempore date videtur
qd ſic: quia facultas non dicitur ſe offerre de iure minori anteꝙ
ſit maiori prouiſum, per iſtum textū. Sed Inno. dicit qd prior in
data ſit preferendus de reſcriptis tibi, qui. lib. vj. quia propter po
ritatem queſitum eſt ius ſpecificum, ſcilicet ad primo vacantem
prebendam: ⁊ pro tanto non habet locum decre. per iura. ſ. alle. ⁊
modo intelligis decre. ¶ Gl. conſueta colligit qd minores debēt
10 facere ſeruitia maioribus. ¶ † Opp. vt dein mentem gl. ⁊ videř
quod ſeruitia non debeantur maioribus: vt patet. ſ. c. dilecta. ⁊
quaſi per totum. vbi dř qd quis alteri nō tenetur ad obedientiā,
vel ſeruitium, niſi ratione preeminentie iuriſdictionis. Hoc dicit
qd obediētia, vł ſeruitiū debetur a ſubdiacono diacono: igitur.
¶ Gl. cōcludit, quedam eſt obedientia in miniſtratione, ⁊ obſe-
quio diuino: vt, ſeruire alteri in legēdo Euangelium, in mini
ſtrando per ſubdiaconum, ⁊ ſimilia: talia ſeruitia debentur a mi-
noribus maioribus ſcđm qualitatem ſui ordinis, ⁊ inſtitutionē.
Quedam ſunt ſeruitia reuerentialia, ⁊ honorificentie: ⁊ iſta etiam
debentur maioribus, ſcđm qualitatem ſui gradus, vt hic quedam
ſunt ſeruitia, ⁊ obedientie iuriſdictionales: ⁊ in talibus obediētiis
non conſideratur maioritas, vel minoritas ordinis, ſed conſide-
ratur preeminētia adminiſtrationis iuriſdictionalis. Et pro tāto
inuenitur quod maior in ordine eſt ſubiectus minori, vt archie-
preſbyter archidiacono. vt patet ſupra de offi. archidia. ad hec.
Itē nō debetur ab omni minori tale ſeruitiū iuriſdictionale, ſed
debetur ſolum a minori maiori habēti adminiſtrationem iuriſ-
dictionalē. ¶ Per hoc infertur ad terminos textus qd inferior
ordine maiori in ordine obligatus non exiſtit ad ſeruitia iuriſdi
ctionalia, nec eius neceſſario tenetř obedire mādatis, vel p̄ceptis
iuriſdictionalib᷒. Hec eſt cōcluſio gl. noſtre. Inn. dicit qd decre.
loquitur ſcđm cōſuetudinem vrbis, que talis eſt qd fere in oībus
eccleſijs ſunt aliqui minores clerici, qui etiā ſi recepti ſunt in ca-
nonicos, ⁊ ius canonicatus in eis habeāt, tamen faciunt ſeruitia
q: purgant eccleſias, accendunt lampades, pulſant cāpanas: ⁊ in
his ſeruitijs ſtāt per tres, vel quatuor annos priuſquā percipiāt
beneficia, que hic vocantř portiones. Et licet ante hanc conſtitu-
tionem obtineretř de cōſuetudine qd prius recept᷒ primo reciperet
portionē, papa tñ remouet hāc cōſuetudinē, ⁊ ſtatuit p̄ferri maio
rē in ordine, ſm Inn. Sed hic intellect᷒ nō pl;, q: inueniret loca
lem eſſe cōſuetudinē: qd non eſt dicendū, q: papa in tex. vtitř verbis
iuris cōmunis. ſ. verbo ſtatuimus: nec aliqd verbū ſpeciale po-
11 nit, per qd ſe reſtringat ad illos ſolum. † Poſt glo. quero quotu-
pliciter conſideratur maioritas. Et dic qd quandoq; reſpectu di
gnitatis. de elec. dudum. de offi. dele. paſtoralis. Quandoq; tē-
poris. ſ. e. c. ſ. ſenectutis. ff. de iureiur. l. ſemper. Diſpēſationis p̄la
ti. ſ. de elect. trāſmiſſa. de iudi. ⁊ ſi clerici. Conſecrationis, de cōſe.
eccle. vel altaris. c. aqua. Ordinationis. ſ. c. p̄ tuas. vt hic. Et hec
prefertur maioritati tēporis, ſenectutis, ⁊ ordinationis, ſecundū
Hoſt. Vide de reſcriptis. ſedes. Anto. de Butrio.

1 Eccleſia ſita in aliquo archidiaconatu, ſi in cathedralem eri-
gatur, eſt exempta a iuriſditione archidiaconi.
2 Ligandi, ⁊ abſoluendi poteſtas dependet a ſuperioritate.
3 Filius in patrem non habet imperium.
4 Eccleſia poteſt in cathedralem per ep̄m erigi, tñ de licentia pape.
numero. 11. 12.
5 Epiſcopus in dioceſi propria non poteſt alteri preiudicare etiam
inferiori.
6 Iuriſdictionem habere videtur eccleſia edificata in territorio iu-
riſdictionem habente.
7 Ligare pōt inferior ſuperiorem, qui ſe ſubiecit illi.
8 Abſoluere eius non eſt indiſtincte, cuius eſt condere.
9 Superior efficitur inferior ex ſubiectis ratione officij, vel bene-
ficij ſuſcepti.
10 Filius non pōt in patris vita agere p̄ bonis ſuis aduentitijs.
13 Excommunicare an poſſit ep̄s archiepiſcopū ſuū, ſi delinquat in
ſua dioceſi.
14 Excōmunicari, vel puniri an poſſit ep̄s extraneus per archidia-
conum, ſi delinquat intra metas ſui archidiaconatus.
15 Si, dictio vbi refertur ad materiam omnino neceſſariam, ⁊ non
dubiam, ſtat pro quia.

1 Cum inferior. ¶ † Si eccleſia ſita in ali
quo archidiaconatu in
cathedralē erigetř, a iuriſdictione archidiaconi eſt exē-
pta. hoc dicit. Primo narrat factū. Scđo p̄uidet epiſ
copo, ibi: mādam᷒. Tertio p̄uideri mādat archidiacono. ibi p̄
2 uiſio. ¶ † Nota regulā qd poteſtas ligādi, ⁊ abſoluēdi a iuriſdi
ctione exercēdi depēdet a ſuperioritate: ſcđo qd a pari p̄cedat po
teſtas ligādi ⁊ ſoluēdi. per qd infertř, ꝙ inferior nō pōt ligare, vł
3 ſoluere ſupiorē. † Nota tertio qd de p̄tāte patris ad iuriſdictiona
lē, licitū eſt argui, ⁊ reputari abſonū qd filius imperiū habeat in
patrē. ¶ Nota quarto qd eo qd eccleſia erigitur in cathedralē, ex
empta eſt a iuriſdictione prioris ſuperioris, q minor erat. Et ſic
habes ꝙ p̄ aſcēſū ad ſuperioritatē qs eximitř a p̄tāte inferioris.
¶ Nota q̄nto qd inferior in territorio p̄prio nō h; poteſtatē in
maiorē. Sed notabile nō colligitř, q: hic non eſt in territoriū, pro
4 priū cū ſuperioritas eximatř a p̄tāte prioris. ¶ † No. ſexto qd ep̄s
pōt erigere eccleſiā in cathedralē, ſeu archiep̄s qd eſt verū de licē
tia pape. ſ. de offi. leg. qd trāſlationē. ¶ Nota ſeptimo qd vbi pa
pe mādato, ex erectione eccleſie in cathedralem alteri p̄iudicatur
5 eccleſie debet fieri recōpenſatio. ¶ † Nota qd in dioceſi p̄pria nō
6 poteſt epiſcopus alteri inferiori preiudicare. ¶ † No. hic argumē
tū qd eccleſia edificata in territorio iuriſdictionē habēte iuriſdi-
ctionē habere vř. Sed de hoc dic vt de off. arc. c. dilecto. ⁊ de cap.
mo. dilect᷒. Colligit gl. duo notabilia. que collegi, ſcilicet qd infe
rior nō ligat ſupiorē, ⁊ qd ei᷒ ē abſoluere, cui᷒ eſt ligare, ⁊ ecōtra.
7 allegat concor. ¶ † Contra p̄mum dubiū qd ſupponitur, qd infe
rior non ligat ſuperiorem oppo. ij. q. vij. c. nos ſi incōpetenter. vbi
papa ab inferiori ligatur. Facit ad idē. ff. de iuriſdi. omniū iudi.
eſt receptū. So. Dicit gl. qd recipit exceptionem, niſi ſe ſubijciat.
Dic qd nō eſt exceptio, q: ſi ſe ſubijciat, minor efficitur. ff. ad tre
belli. l. ille, a quo. ſ. tempeſtiuū. poteſt enim maior ſe ſubijcere: vt
dicto. c. nos ſi. Nō obſtat. c. ſi papa. xl. di. q: ibi ratiōe literarū pa
pe ſit minor, adeo ligari pōt. Nō obſtat. c. ſane. ij. de offi. del. q: ibi
ratione

8 ratione delegationis minor ſit maior. ¶ †Contra ſcdm dubiũ
ſupponit, ꝙ eius eſt abſoluere, cuius eſt ligare. Opp. gl. de officio
deleg. c. querẽti. vbi põt ligare, ⁊ poſt annũ nõ abſoluere. ¶ So.
dicit gl. ꝙ fallit, dic ꝙ durãte ptãte, eius eſt abſoluere, cuius eſt
ligare: extincta ptãte eius, nõ eſt abſoluere, cuius eſt ligare. Nec
cõdicit regula: qꝛ extincta ptãte ideo nõ abſoluit: qꝛ alius cẽſetur
ab illo, qui ligauit, cũ reſpectu dignitatis hanc haberet ptãtem,
ſecundũ doc. ¶ Opp. ad idẽ de. c. graue. de preb. ⁊. c. tuã. de ſent.
exc. Soluẽ eodẽ modo. ſ. ꝙ ibi eſt ſpeciale: qꝛ papa reſeruauit ſibi
abſolutionẽ. Alle. ad. c. tuã. dic vt ibi no. ¶ Cõtra tertiũ dubiũ,
qd̃ ſumitur a cõtrario ſenſu, opp. ꝙ qui põt abſoluere, nõ poſſit liga-
re, vbi in periculo quis abſoluit, ⁊ tñ nõ põt ligare. de cõſe. di. iiij.
c. ſcdm. Sol. Dicit glo. ꝙ fallit. Uel dic, ibi nõ abſoluit ex ptãte
clauiũ, cũ non habeat eam, ſcdm doc. Plenius dic vt in c. paſto
ralis. de offi. ord. in gl. in quo caſu opp. ad idẽ: nã legatus de late
re extra ſuã legationẽ põt abſoluere, qui tñ excõicare nõ põt. de
offi. leg. nouit. ⁊. c. pe. de ſen. exco. ad euidentiã. Sol. Põt abſol-
uere, quatenus ſit nõ iudicialiter, ſed ligare, excõicare nõ põt. qꝛ
eſt actus iuriſdictionalis: qd̃ dic plenius vt ibi. ¶ Ea. gl. ibi. Itẽ
eſt hic arg. glo. inducit in argumentũ ꝙ ſi mãdetur alicui vt ex-
communicet, ille poteſt abſoluere: quia vno commiſſo, ⁊ reliquũ
committitur. de peni. di. prima. c. verbũ. Cõtra hoc opp. gloſſ. de
offi. dele. ſuper queſtionũ. §. ꝗ. ⁊. c. vltimo. §. ſi. vbi dicitur, delega-
tionẽ eſſe ſtricti iuris, ergo ſi mãdat alicui, vt aliquẽ excõicet, ta-
lis nõ poterit abſoluere, ex quo delegatio nõ eſt extendenda, per
iura predicta. Sol. Si cõmittitur nuda ptãs excommunicandi,
tanꝗ̃ executori, ſtandũ eſt contrario: vt dicit gl. in ſi. qꝛ ſic executor
merus eſt: ⁊ iſte nõ dicitur excõicare, ſed is, qui mandauit. Aut
cõmittitur poteſtas ſimpliciter cũ iuriſdictione excõicãdi: ⁊ tũc
ẽt poterit abſoluere. Ita tenet gl. xxvij. q. i. ſi homo. Pro hoc ẽt
qd̃ notauit gl. xxi. di. inferior. Per hoc dico ꝙ ſi eſt mãdatũ ali-
cui vt cauſa examinata cõpellat ad ſoluendũ debitorẽ, ſi viderit
expedire, ꝙ poſſit abſoluere: ſed quid ſi appareat, eũ non debito-
rem, ſi eſt cõpromiſſum in arbitros, vt condemnẽt debitorem, ſi
9 apparuerit, ⁊ etiã ꝙ ſi non apparuerit, poſſit abſoluere. ¶ †Gl.
ſuper verbo, in parẽtẽ. colligit notabilia: in medio facit vnã opp.
de renuntia. c. ad ſupplicationem. vbi videtur inferiorem habere
poteſtatẽ in ſuperiorẽ. Glo non ſoluit. Dic ꝙ ibi ratione ſuſce-
pti officij, ⁊ beneficij ſe illi ſubiecit. ergo fuit ſubiectus effectus p
10 ſuſceptionẽ beneficij. ¶ †Ea. glo. in ſi. querit an filius pro bonis
ſuis aduentitijs poſſit agere in vita patris. Et dicit ꝙ nõ. all. C.
11 de anna. exce. l. j. §. vlt. ¶ †Glo. cathedralẽ. opp. qd̃ epiſcopꝰ vel
archiepiſcopus, imo etiam legatus a latere propria authoritate
etiam nõ erigat in cathedralem. vij. q. j. mutationes. ⁊. de offi. leg.
qd̃ tranſlationẽ. Sol. Dicit ꝙ de licentia pape hoc fecit. allegat
12 multas concor. ¶ †Ea. glo. opp. cõtra ſol de offi ordi. c. quoniã
in pleriſq;. §. prohibemus. Sol. dicit gl ꝙ ibi hoc factũ ex cau-
ſa: ſcilicet quando lõga, ⁊ lata eſt prouincia: vel propter diuerſita
tem linguarum. de offi. ordi. cap. inter cetera. que lꝫ authoritate
illius decre. quoniam. erigi eccleſiam in cathedralem. Uel dic ꝙ
nõ dicitur ibi quod de nouo cathedra erigatur, nec hic ꝙ duo ca
pita in vno corpore, qꝛ creata cathedra, creatũ eſt nouũ corpus,
cui preeſt epiſcopus, ſecundũ Hoſt. ¶ Gloſſ. exemptum. querit
an per hoc ſit exẽptus a ptãte archiepiſcopi, dictus epiſcopus.
Dicit ꝙ nõ niſi ſit dictum: imo plus dicit ꝙ per ſolã creationẽ
in cathedralem nõ eſſet exẽptus ab archidiacono, niſi aliter fue
rit exẽptus: ſed qꝛ hic erat inhoneſtũ ꝙ maior ſubeſſet minori,
ideo fuit exẽptus. Jo. And. dicit ꝙ nno ipſo iure eſt exemptus,
vt patet ex textu: qꝛ papa non eximit, ſed denũtiauit retro exem
ptum vi prime exemptionis, alias creationis. Plus dicit Inn.
quod niſi iſte archidiaconus probet ſe exemptum, quod ipſe erit
illi epiſcopo ſubiectus, ex quo Archidiaconus eſt nũc in territo
rio epiſcopi. x. q. j. regenda. de of. di. conquerente. cũ ſimil. ſecũdũ
13 Inn. ⁊ Hoſt. ¶ Glo. fin. eſt literalis. vide per te. ¶ †Quero poſt
gloſſam, an epiſcopus archiepiſcopum ſuũ poſſitꝰ excommuni-
care, ſi delinquat in ſua dioceſi, ⁊ an contra eũ poſſit procedere,
ſi delinquat in ſua dioceſi, ⁊ ſic cõtra eũ poſſit audire cauſam cri
minalẽ. Que iſtã ponit glo. iij. q. vi. c. j. ⁊ de rapto. cap. i. xcij. diſt.
c. ſi quis epiſcopi. per Archi. de conſt in. ij. lib. vj. Dicit Innoc. ꝙ
nõ, ſiue accuſetur criminaliter, ſiue cõtra eũ agatur ciuiliter, ſed
conuenietur coram patriarcha, vel papa. xxi. di. ſubmittitur. ⁊. c.
ſi. xvi. q. j. frater noſter. Ratio, qꝛ archiepiſcopus eſt intra termi
nos iuriſdictionis ſue, ſcilicet intra prouinciam, ſicut epiſcopus
ſ. dioceſim, vt no. de offi. io ordi paſtoralis. in princ. tamen dicit
Hoſt. ꝙ inchoi eſt ratio hic poſita. Sed opp. de foro compe. ca.
poſtulaſti. vbi quis ratione delicti ſortitur forũ. So. Illud proce
dit, quãdo delinquens non eſt ſuperior ad eum, in cuius territo-
rio delĩquit. iij. q. vj. ca. j. Per hoc infert Innoc. ꝙ ſi epiſcopus
teneret epiſcopatũ alterius prouincie ex diſpẽſatione, ⁊ ibi ſuus
metropolitanus delinqueret, epiſcopus eũ excommunicare non
poſſet, quãuis aliqui cõtrariũ dicãt alle. pro eis. xvi. q. i. c. i. ⁊ de priuil.
cũ appel. ⁊. ca. tuarũ. Sed dicit ꝙ aliud de his qui ſunt pares, ⁊
nõ ſubſunt niſi rõne criminis, vel poſſeſſiõis, vel cõtractꝰ, vt ibi.
⁊ de priuil. volẽtes. li. vj. Aliud de ſuffraganeo, qui archiepõ ſuo
ꝙ̃tũ ad iuriſdictionẽ ordinariã vt eſt ſubiectus, ſcdm In. ⁊ ab-
ſurdũ eſſet ꝙ ſuũ ſuperiorẽ immediatũ condẽnaret. Hinc eſt ꝙ
papa ꝙ̃tũcunq;, ⁊ vbicũq; delinquat, a nemine condẽnatur, cũ
immediate oẽs ei ſubſint homines. ix. q. iij. aliorũ. qꝛ ſuperiorum. de
cõceſſ. preb. propoſuiſti. excepto crimine hereſis. xl. di. ſi papa. Il
lud autẽ dicit certũ Jo. An. qd̃ rõne delegationis põt ipm̃ dãna
re: deferre tñ debet in coactionibus inferẽdis: vt. ⁊. de off. dele. ſa
ne. el. ij. de quo de cap. c. j. iij. q. vj. c. j. licet prĩe. qd̃ nõ admitteret
hoc qd̃ dico in magno prelato, ſi ius ſeruaretur, dico qd̃ põt dã-
nari, ſi ibi delinquãt in territorio epi. Ratio, qꝛ poſſunt ſe ſubijce
re, ⁊ ibi delinquẽdo ſe ſubijciũt tacite: igitur nõ obſtat qd̃ ſit ma
ior, qꝛ eſt minor: ex quo delinquẽdo tacite ſe ſubiecit. Nõ obſt. ꝙ
ſit in territorio pp̃rio, qꝛ talẽ in ſpecie iuriſdictionẽ nõ hꝫ in ter-
ritorio illo, niſi in epm̃: prout ergo ille eſt alius ab epo, ⁊ ſubijcit,
habet vt ſubiectus, ⁊ certũ ꝙ de cauſa ſubiecti nõ cognoſcit. Et
per hoc nõ obſt. iſta decr. qꝛ iſte epus exẽptus nõ erat ſubiectꝰ, nec
in ſuo territorio delinquebat, ſed in alio iam exempto. Tene pri
mũ. qd̃ licet ſortiatur forũ rõne delicti. vel cõtractus, nõ tñ ſubijci
tur inferiori: qꝛ hic ſunt duo impedimẽta, ꝙ forũ nõ ſortitur, ⁊ ꝙ
ſubiectus nõ eſt: qꝛ maior ſufficit primũ tolli, ⁊ remanet ſcdm, eiꝰ
reſpectu ſe ſubijcere nõ põt abſq; cõſenſu ſuperioris: ⁊ hoc, quãdo
agit, vt ſuo ſubiecto ſubijciatur. Per qd̃ relinquit, ꝙ archiepõ
delinqueret in dioc. alterius epiſcopi. ab eo poſſet iudicari, dum
tñ nõ ageretur ad penã depoſitionis. vt dicit gl. iij. q. vi. c. j. ⁊ no.
de rapto c. j. per gl. ⁊ vide qd̃ no. Arch. de cõſti. vt animarũ. lib.
vj. ⁊ vide Hoſt. in ſum. de ſen. exc. qd̃ valeat excõicari. ver. quid ſi
mãdatur prouideri alicui in dioce. ⁊ poſtea fiũt due dioce. an in
cludetur nona dioce. in illis antiquis literis Jo. An. ꝙ ſic. Alle.
decre. Jo. xxij. ſedes apoſtolica. que eſt extrauagãs. Pro hoc. ⁊.
14 de reſcri. c. ſi. ¶ †Quid ſi extraneus epũs delinquat intra metas
alicuiꝰ archidiaconatus, nũquid ab archidiacono puniet̃ Aliq
ꝙ nõ, qꝛ nec in monaſterijs ſuis archidiaconus exercet iuriſdi-
ctionẽ, niſi ſit cõſuetudo. de offi. arch. c. ſi. Itẽ cõſiderata perſona
epi grauis eſt cauſa: ergo ad ſuperiorẽ eſt referẽda. eo. ti. c. j. Itez
in hoc videt̃ deferendũ dignitati. Pro hoc. c. ad hoc. de ſen. exc.
qꝛ periculoſuꝫ. Aliĩ, quos ſequit̃ Inn. contra: qꝛ ãnis archidia-
conus in epiſcopos, vel abbates ſui archidiaconatus ordinariã
iuriſdictionẽ nõ exerceat, vt eſt dictũ, tñ ratione delicti ſortitur
forũ ſuũ, nõ obſtãte dignitate, vel priuilegio: qꝛ hoc regulare. vi.
q. iij. placuit. de rap. ca. j. ⁊ in auſ. qua in prouincia. C. vbi de cri.
agi opor. Prima opi. placet Ho. Nõ obſt. qꝛ illa regula fallit ob
reuerentiã epiſcopalis ſedis, que ab inferioribus nõ eſt iudican-
da. ar. decr. qꝛ periculoſuꝫ. de ſen. exc. ¶ Dictũ Inn. placet Jo.
An. ex quo habet ptãtem puniẽdi. Arch. ⁊ corrigẽdi delicta intra
certos limites. remittit. de fo. cõpe. cũ cõtingat. alias nec epũs ipꝫ
puniret: qꝛ ſicut minor, ita par iudicare prohibetur. Credo quod
ſi archid. velit procedere de crimine ad penã depoſitiõis, habeat
locũ opin. Hoſt. alias ſi vult aliquã leuẽ penam inferre, procedat
dictũ Inno. Et ſic dicatur ſic, ⁊ deberet epus archiepiſcopũ pro
prium iudicare delinquentẽ in dioceſi, quã tenet ex diſpenſatiõe?
Reſponde ꝙ illud procedit, qñ alias ſubiectus ex delicto in dio
ceſi, vult in maiorem dignitatẽ extẽdere iuriſdictionẽ. ⁊ vltra de
ſubiecto effici, ſuperior intẽdit, ⁊ tale delinquere hoc operari: nõ
puto tñ ꝙ eum penam imponere epiſcopo de grauioribus ſit, ꝙ
archidiaconi iuriſdictio ad hunc nõ extẽdatur, cũ ad vnã ſit re-
gula. ⁊. de of. archi. ea, que niſi cõſuetudo etiã in grauibus daret
ptãtem ſibi: tenẽdo opi. ꝙ poſſet. quod nõ placet Hoſt. vt no. de
foro comp. cũ contingat. ⁊. ⁊. de of. ord. irrefragabili. §. exceſſus.
¶ Ad vltimam partẽ opp. dicit, ſi leditur, impoſſibile eſt ꝙ non
15 ledatur. Sol. Dic, ſi, pro qꝛ: vt illud, Si Deus, ⁊c. ¶ †Nota, ꝙ
vbi dictio ſi, refertur ad materiam omnino neceſſariam, ⁊ nõ du
biam, ſtat pro quia, ⁊c.

22 certa,vt hic. ¶ † Hanc ſol.tenet Jnno.dicens qḋ quōqꝫ admittit
incerta petitio,q: non pendet a partis poteſtate,certū quid petere
vt eſt hic reſpectu futuri tēporis,cum non poſſet diuinare expen-
ſas,ꝛ cariſtias quo caſu procedit incerta petitio.vt.l.i.§.q aut.ff.
quorū lega.ꝛ cōſequēter admittit,incerta ſententia.Ad hoc.C.de
ſen.que ſine certa quan.l.ij.j.de ordi.cog.cū dilect⁹.ꝛ vide qḋ no
ca.in ſpec.de ſen.pla.§.qualiter.in.ij.col.Dic lan⁹ vbicunqꝫ ad-
mittit petitio incerta,ꝛ generalis,vel vniuerſalis,valet ſententia
vt hic.Si dat petitio certa,tunc ſi ſentētia eſt incerta re,ꝛ ſpe,nō
valet ſententia.ſ.diffinitiua.q: finit officiū iudicis,ꝛ incerta eſt re
habet tamen ſpem declarandi,vt quia eſt interlocutoria,q nō fi-
nit iudicis officiū,vel ſi finit,fit reſeruatio declarādi,valet ſenten
tia incerta,vt ſic,ſm Jnn.ad qḋ l.terminato.C.de fru.ꝛ lit.exp.
¶ Hoſtiē.autē dicit qḋ hic nō eſt cōdēnatio expenſarū,ſed decla
ratiue de cōdēna.facienda.et exponit tex.condēnandū duxim⁹,
id eſt,declarādū.Jta apoſtillauit vltimo anno vſqꝫ ad.§.op.con
ſequenter.qḋ petitio expenſarū ſapit naturam generalis petitio
nis ꝛ acceſſorie.quo caſu pcedit libell⁹ generalis,ꝛ ſnia generalis
ꝛ poſtea in executione ſufficit qḋ fiat declaratio.qḋ no.ſ.de offi.
23 ord.cōqrente.ꝛ de libel.obla.c.i. ¶ † Vel dic qḋ ſnia incerta,q nō
expectat certificationē,eſt inualida:ſnia aūt que expectat certifi-
cationē,valida eſt ppter ſpem certificationis:nam poſtea taxa
bunt expenſe,et poſtea per iuramentum declarabuntur.Soluit
aliter Jnno.et aduerte ad iſtam qḋ dicit ſniam debere eſſe certā,
procedit in diffinitiua ſententia autē interlocutoria poteſt eſſe
incerta:et hoc ideo,quia ſententiando diffinitiue fungit officio:
ideo ceſſat ſpes declarandi.et ſic ſententia incerta remanet inutilis,
ſed cū interlocutoria habet locū iteratio:ꝛ reuocatio.de appel-
la.cū ceſſante.fortius ergo,ꝛ declaratio.vnde ille habent declara
tionis ſpeciē.quod nota.hec ratio concluderet in interlocutoriis,
que dantur pendente inſtantia:nō in his que dantur in diffiniti-
uis.niſi eſſet reſeruatū ius declarandi.C.de fructib⁹ ꝛ lit.expen.l.
terminato.ꝛ quod no.j.de eo,qui mitti.in poſſeſ.c.ij.dic ergo,ſi q
rit an ſententia incerta valeat.dic quod vbicunqꝫ admittitur pe-
titio incerta,et generalis,vel vniuerſalis,valet ſententia incerta,
vt hic.ſi autē dat petitio certa tunc ſi ſententia eſt incerta re ꝛ ſpe
nō valet ſententia.Si eſt incerta re,ſed nō ſpe,valet maxime quā

do ſubeſt cauſa nō certificanda.Hoſtien.autē dicit quod non eſt
hic condemnatio expenſarū.ſed declaratio de condēnatione fa
cienda.Jdeo dicit ad tex.ſubaudi,condēnandū duximus,id
24 eſt,declaramus. ¶ † Oppo.conſequenter glo.quod nō valeat cō
demnatio expenſarū,taxatione non premiſſa,contra illud.q.q.
iij.§.quod ſi.Solu.dicit glo.quod ſpeciale hic,quando fit condē
natio pro futuris expenſis:taxatio autē fiet poſtea,quando iura
bitur ſuper expenſis.

1 Procurator epiſcopi agit cauſas epiſcopat⁹,ꝛ defendit,licet
dic⁹ nō fuerit ſub nomine ſindici,vel actoris,dum tamen ſit cō-
ſtitutus ad agendum,ꝛ defendendum.nu.4.
2 Vicarius epiſcopi eſſe poteſt canonicus.
3 Procuratorem generalem poteſt conſtituere epiſcopus in cauſa
collegij.
5 Jn procuratoris mādato recurritur ad intentionem domini mā
dantis.
6 Procurator ſimpliciter cōſtitut⁹ in dubio videtur habere gene-
ralem poteſtatem cum libera.
7 Procuratores generales nō poſſunt tranſigere,vel pignus remit
tere,niſi haberent generalem cum libera.
8 Procurator vnus ex pluribus conſtitutis an poſſit agere ſine re
liquis.
Tutor poteſt ſine contutore agere.
9 Executor vnus vltime voluntatis ex plurib⁹ poteſt exequi in ab
ſentia executorum.
10 Procuratores epiſcopi an poſſint tractare omnia negotia ad
capitulum ſpectātia ſine conſenſu capituli.
11 Epiſcopus eſt quaſi domin⁹ negotiorum capituli:idem pōt pcu
ratorē cōſtituere ſine conſenſu ſuperioris.
12 Curator dari nō poteſt ſine autoritate iudicis ordinarij,cuius da
tio eſt mixti imperij.
13 Procurator conſtitut⁹ ad lites cū poteſtate ſubſtituendi,ſi ipſe
vult proſequi poſt litem conteſtatā,an neceſſitari poſſit ad ſub-
ſtituendum.
14 Procurator ad lites ſi eſt poſt litem conteſtatā prohibitus cau
ſam non proſequi,an poterit proſequi.

1 PEtitio. ¶ † Procurator epi agit cauſas epiſ
copatus,ꝛ defendit,licet no fuerit da
us ſub nomine ſindici,vel actoris.Jn prima petitio.
Jn ſecunda reſpōſiua,partio,vel communis diuiſio.ſe
2 cunda ibi.nos igit. ¶ † No.primo qḋ canonic⁹ poteſt eſſe vicari⁹
3 epiſcopi. ¶ † Nota ſecūdo qḋ epiſcopus poteſt in cauſa collegij
4 cōſtituere pcuratorem generalem. ¶ † No.tertio qḋ ius canoni-
cū nō facit vim in verbis,an ſit expreſſum nomē ſindici,vel pcu
ratoris,dūmodo habeat mandatū ad agendū,ꝛ reſpondendū
vnde dicit Hoſtien.qḋ ſi diceret,cōſtituo te aliū ad cauſam meā
agitandā:qḋ eſſet procurator.Ego dico qḋ reijciendum eſt tale
mandatum.Aliud eſt enim exprimere vocabulū ſynonimū,vel
ſaltē apparēs ſynonimū,ſicut nomine pcuratoris notat ſindicū.
Aliud eſt exprimere prorſus extraneū,maxime nomen ſpeciei:q:
nomina ſpecierū ſunt immutabilia.ff.de leg.j.l.ſiq.de offic.deleg.
5 abbas.tū de iuris rigore tenet inſtitutio. ¶ † Nota qḋ in manda
to pcuratoris recurrit ad intentionē mādātis,nec verba curam⁹
ſic in priuilegio,de reſcrip.gl.allegat cōcor.ſecus de cōtractibus
per.l.veteribus.de pac.hoc dicit gl.ſuper ver.funt.que per hoc ſit
6 expedita ipſam tibi legatā poſtea. ¶ † No.qḋ ex eo qḋ quis eſt
cōſtitut⁹ procurator,ꝛ vicari⁹,videt habere generalem poteſtatē
7 cū libera,qḋ no. ¶ † Querit glo.an procuratores generales poſ-
ſint trāſigere.gl.qḋ nō.ff.e.l.mandato generali.idē dicūt doc.qḋ
nō poſſunt pign⁹ remittere.ff.quib⁹ mo.pig.vel hyp.ſol.l.ſi cōſen
ſerit.§.j.et hoc intelligas,niſi haberet gnalē cū libera,ſm gl.ꝛ ho
ſti.j.e.q ad agēdū.licet dicit habere liberā,qn̄ ad eſt expreſſum l p-
curatoris ad hoc.ff.de pecul.l.quā tuberonis.ff.de off.pcu.ceſa.
l.j.vel ſufficit qḋ pmittat ſe hēre ratū quicqd fuerit factū,q̄ꝗ alij
qui fuerunt in ꝯtraria opi.facit qḋ no.ā.de tranſac.cōtingit.in.j.
gl.ꝛ dercli.do.cū dilect⁹ an.j.gl.Jo.an.dicit hoc patere p decre.q
8 ad agēdū.li.vj.vide glo.de reſcri.ex parte decani. ¶ † Querit gl.i
ver.ſed nūqd.an vn⁹ ex his pcuratorib⁹ poſſit agere ſine reliquo
arguit qḋ ſicut in ſimili in tutorib⁹.ff.de neg.ge.cum alieni.ff.de
admi.tu.vel cura.decreto als.de certo.ff.mand.l.creditor.§.duo-
bus.concludit glo.qḋ ſi ſunt inſolidū cōſtituti,ꝛ alter poccupaue
rat,ꝛ ille pōt ſol⁹ agere,ſi null⁹ preoccupauit,vl nō ſunt inſolidū
9 inſtituti,alter ſine altero agere nō pōt. ¶ † Ad.l.decreto.als de cer
to ſeu de cetero,videt,q ad i tutorib⁹ ex benignitate eſt receptum
idē hodie vl determinatū l executo.vlti.volū.vt l.c.religioſus.de
teſt.li.vj.de quo dic vt ibi.ꝛ.§.inci⁹.loqt qn̄ inſolidū vterqꝫ mā-
dauit.d.q gl.remittit.j.e.c.pe.doc.remittūt ad.c.ſi duo.e.ti.li.vi.
10 vbi hoc ē expeditū. ¶ † Quero an ſ pcuratores poſſint tractare
omnia

oīa negotia ad capitulū ſpectantia ſine conſenſu capituli. Dicit hic Inno. qd illa que poterat tractare epiſcopus ſolus, potuerūt
11 tractare procuratores, alias nō. † Opp. qd epūs nō cōſtituat pcuratorē: qz nō eſt dn̄s. j. de don. c. ii. ſʒ pcuratorē. pcurator aūt nō
cōſtituit pcuratorē añ litis cōteſtationē. l. neqʒ tutores. ⁊ l. nulla. ſ. l. qd quis. C. e. ti. ergo ⁊c. Sol. dicit hic Inn. qd eſt quaſi dn̄s. vñ cōſtituit ſine authoritate ſuperioris: ⁊ ſic ppriè eſt procurator. Sec⁹ dicit in tutore. qui pprie nō eſt dn̄s: qz nō cōſtituit niſi actorē ⁊ cū decreto: ⁊ hoc ideo qz maiorē habent poteſtatē epī, q̄ tutores. Itē qd dicit in epo, puto in rectorib⁹ locoꝝ. ⁊ in ſingulis
12 in dignitate cōſtitutis, dūmō habeāt adminiſtrationē. † Quid de curatore, an poſſit dari ſine authoritate iudicis. Dicit Inno. qd nō ⁊ nō ſufficit delegat⁹: ſʒ debet eſſe ordinarius: qz talis datio eſt .mixti imperij. ff. de tut. l. mixto. §. tutores. ff. de tut. ⁊ cura. da. ab his. nec mādante. ⁊ talis curator nō ſatiſdat rē ratā habiturū. C. de adm. tu. l. fi. §. defenſionē. Dicit hic Jo. an. qd delega
13 tus pape dat curatorem ad litem de iudi. c. fi. lib. vi. ¶ † Quero conſtitutus eſt procu. ad lit. cōteſtandam, ⁊ ad conſtituendū procuratorem alium ſuper his, que in eadē cauſa ſunt facienda: an ſi ipſe vult proſeq poſt lit. cont. an neceſſitaretur ad cōſtituendū procur. Dicit Inn. qd putat qd poſſit per ſe agere cauſam, eo qz de intentione videt mandātis, que eſt ponderanda, qd ſi ipſe volet, proſequatur. Unde videt de mente eius, qd potius per iſtum agatur cauſa, quam per aliū, vbi vtiliter illa verba magis poſita videntur ad exonerationem ipſius, quam vt ſuum mandatū reſtringatur. Et per hoc non obſtat qd mandando qd aliū conſti
14 tuat, videat ipſum prohibuiſſe. ¶ † Quid ſi eſt prohibitus vt poſt li. conteſta cām nō proſequatur, an poterit pſequi. Videtur qd ſic: qz per lit. con. eſt factus dominus, ⁊ non poteſt repelli niſi ex cauſa. de procur. c. j. lib. vi. Putat contrarium Inno. qz cum mandatum receperit ſub certo tenore, vt cauſam non proſequat poſt lit. conte. oportet qz ſeruet formā mandati. ff. mandati. l. diligēter. dūmodo cōſtet expreſſe de voluntate conſtituentis. ſ. qd noluit eum vltra litem conte. procurare: ſed ipſe domin⁹ per ſe vel per alium litem ceptam perficeret: nec procuratorē poterit conſtituere lʒ ſit lis cont. Ja. de Ra. tenet qd ex quo factus eſt domin⁹ hcis poſſit litem proſequi. Nā ratio quare procur. poſt litis cōte. nō reuocatur, eſt qz intereſt aduerſarij, ne per plures aduerſarios diſtinguat. ff. e. l. q̄ omnia. Unde talis forma cōtra diſpoſitionē iuris non operabitur in preiudiciū illius iuris. Probat lex dicit qd minor nō poteſt rem obligare: vt ſi vendo minori rē ab initio pacto vt mihi ſit obligata, ⁊ poſtea rē tradō: dicit qd nō valet illa cōuentio. ff. de rebus eoꝝ. l. an ſi cū. l. ſe. Et hoc ponit Cyn. co. ti. l. qd procura. Puto qd ſi ab initio opponitur cōtra formā procuratorij qd procurator nō ſit admittendus: ſed ſi nō opponatur, eum admittendo, videtur approbare formam procuratorij: ⁊ ſic non poterit opponere. ¶ Non obſtat qd dicitur de pupillo: qz pupillus approbando non potuit ſibi preiudicare propter minorem etatem: ſʒ ſecus eſt in maiori, qui potuit non opponendo ſibi preiudicare.

1 Iudex debet prouidere qd in cauſa matrimoniali pcuratorē conſtituens gaudeat libertate.
2 Iudicis officio ſpectat facere q̄ partes in litigando ſint tute.
3 Carceratus dicitur ſub poteſtate carcerantis.
4 Liber quis non dicitur quandoqʒ reſpectu detentionis de facto.
5 Procuratoris cōſtitutio debet dependere a poteſtate libera.
6 Procurator qui nō habet liberum mandatū ad agendū, ⁊ defendendum, non dicitur fundatus ſufficienter.
7 Agens debet habere libertatem.
Meticuloſe facta non valent.
8 Procuratoris conſtitutio a detento in cauſa, quā habet cum detinente, vel vbi cauſa eſt grauis, non valet vti non libera. nu. 19.
9 Procurator dicitur legitime ad lites cōſtitutus, qui eſt cōſtitut⁹ ad proſequendum iuſtitiam.
10 Filij non ſunt in poteſtate matris.
11 Mater agens poteſt pro filia in cauſa matrimoniali, etiā ſine ei⁹ mādato, in qua cauſa ſe ad arras obligauerat, non videtur agere pro filia, ſed pro ſua obligatione.
12 Procuratori non habenti mandatum ſufficiens ad agendum ⁊ defendendum denegatur actio, ⁊ dominus tanq̄ contumax in expenſis condemnatur.
13 Procurator habens mandatum ad agendum, videtur habere etiā mandatum ad defendendum.
14 Fideiuſſio ſeu cautio de ſtando iuri, iudicatoqʒ ſoluēdo, hʒ tres clauſulas.
15 Procurator an cōpellat precise dn̄m defendere, et litē cōteſtari.
17 Sententia lata contra parentes litigantes pro patrimonio filiorū, filijs non preiudicat, niſi conſentiant.
17 Procuratorē an poſſit conſtituere captiuus, vel ille, qui detinet ſub iuratoria, ſeu fideiuſſoria cautione. nu. 8.

Teſtari non poteſt captiuus: ⁊ quid de illo, qui detinetur ſub iuratoria ⁊ fideiuſſoria cautione. nu. 19.

1 Accedens. ¶ † Prouidere debet iudex q̄ in cā matrimoniali pcu. cōſtituens gaudeat libertate. h. d. Primo ponit libertati meticuloſe. Se
2 cundo vtat ad cām, ibi: tu ergo. † No. j. qd officiū iudicis ſpectat fa
3 cere qd partes in litigādo ſint tute. ¶ † No. qd carcerat⁹ dicitur
4 ſub poteſtate carcerātis. ¶ † No. qd dicit quis nō liber qñqʒ reſ
5 pectu detentionis de facto. ¶ † No. qd cōſtitutio pcuratoris de
6 pendere dʒ a poteſtate libera. ¶ † No. qd pcur. vt inſufficiens dʒ habere mandatū ad agendū, ⁊ defendendum: ⁊ ſic conſtitui dʒ.
7 Et per hoc fit expedita glo. ij. in princi. ¶ † No. qui agit debet habere libertatē, ⁊ hoc vt libera ſit conteſtatio. ⁊ alia que fiūt in iudicio: que alias meticuloſe nō valēt. xxxj. q. ij. c. Lothari⁹. cū ſi. Et maxime hoc verū in cauſa matrimoniali. xxxiij. q. ij. c. ſiue de cōiugij. ⁊ hoc not. g. ſup verbo, libera, ⁊ pſequitur generalia vſqʒ ad verſi. ſed qualiter agit pro filio. ¶ No. qd mater poteſt agere p
8 filia in cauſa matrimoniali. ¶ † No. qd cōſtitutio proc. a detēto in cauſa, quā habet cū detinente, vel vbi cā eſt grauis, nō valet qd
9 no. tanq̄ nō ſit libera. ¶ † No. qd procurator dicitur legitime cō
10 ſtitutus ad lites, qui eſt cōſtitutus ad pſequēdū iuſtitia. ¶ † Oppo gloſ. in ver. ſed qualiter. ⁊ videt qd nō poſſit mulier agere pro
11 filia, qz eā nō habet in poteſtate. de cōuerſ. infid. c. vltimo. † Sol. non agebat mulier de facto filie, ſed pro ſua obligatione: quia ſe obligauerat ad arras, quod licet. de ſpōſa. c. j. ⁊ ſi. ⁊ no. de ſpō. gēma. lʒ agi nō poſſit ad penā, vt ibi. Vel dic qd forte mater erat tutrix filie: qd pōt eſſe, ſcdm illa, q̄ habent de app. ex parte. Ipa tamen non daret tūc procuratorē, niſi prius lite a ſe coteſtata. C. de proc. l. ſed neqʒ. actorē tñ cōſtituere poteſt authoritate iudicis l. decreto. als de certo. ſeu de cetero. ff. de adm. tu. ⁊ no. in d. l. neqʒ. Idē dicūt alij de parte in bonis filij. Dic hoc falſuʒ: qz ⁊ ante lit. cōſtituere poteſt pcuratorē cū habeat liberā adminiſtrationē vt no. in l. j. C. de bonis maternis. De quo in Spe. de pcu. §. ij. Et an tunc pcurator a patre datus cōcipiat libellū in pſonā pa
12 tris, vel filij, vide Spe. de libel. cōcep. §. iā nunc videndū. ¶ † Gl. ij. querit quid ſi pcurator nō habeat ſufficiens mādatū ad agēdū ⁊ defendēdū. Dicit glo. qd tunc denegabit ei actio, ⁊ domin⁹ cōdēnabitur in expenſis, tanq̄ contumax. j. c. cōſtitut⁹. Hoc nō habet locū in procuratore in rem ſuam ex neceſſitate dato. de quo ff. e. l. ſeruū. ⁊ l. ſeq. ⁊ in Spe. §. prealligatis. ver. itē ⁊ excipit. ⁊ ſeq. ſʒ an ſufficiat qd habeat mandatū ad defendēdū. Dicit glo. qd nō. Unde debet p eo ſatiſdare de iudicato ſoluēdo ſub ypotheca ſuarū rerū. Inſt. de ſatiſ. §. ſi vero. ⁊ qd in iudicio ſtabit, ⁊ qd omnia ſoluet, que in cōdēnationē venient, vt ibi dicit. Et dicit gloſ. qd eſt vtile qd ſic fiat: qz in caſu in quo pcurator iret ad curiā, nō poſſet ſatiſdare, qz ibi nō inueniret amicos, dānaret dn̄s in expēſis. qd nō fiet iſto caſu. Et dicit glo. qd pcurator rei ſatiſdat de iudic. ſol. itē actoris in cauſa recōuētionis, als de rato: vt ſ. e. ti. ⁊ eſt idē dicere de iudicato ſoluēdo, qd ipſe ſoluat qd iu
13 dicabit. † Aduerte, credo qd eo qd habet mādatū ad agēdū, habeat in cōſequētiā ad defendēdū: qz alias nō admitteret ad agēdū, niſi ſatiſdet de iudicato ſoluēdo: ⁊ ſi nō ſatiſdederit, tū poſſit
14 tenet dn̄s. ¶ † Opp. cautio de iudicato ſoluēdo habet tres clauſulas, ſ. qd ſoluet, qd dolū nō cōmittet, ⁊ qd defendet reū, ſʒ vſqʒ ad finē litis: ſed quis nō pmittit factū alienū. ff. de verbo. oblig. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ¶ Sol. Dic q̄ quo ad illas clauſulas cēſet ſe pmittere facturū: qz hec ſtipulatio eſt pretoria, vt ibi no.
15 et p tāto valet obligatio. ¶ † Sʒ quero an pcurator cōpellat precise dominū defendere. Dic qd nō, ſed cauſatiue, qz dominus tenebit, ſi p hoc repellat. ff. eo. l. nulli⁹. §. vltimo. ⁊ l. ſeq. niſi dn̄s p procurator preſente, ⁊ non cōtradicēte ſatiſdet: ⁊ hoc ne fallat fidē duob⁹, ſcilicet dn̄o, ⁊ aduerſario. ff. eod. l. fili⁹. §. vltimo. Idē ſi p abſente, ⁊ poſtea procurator tacite vl expreſſe ratificet. Ad hoc vide nota in clemen. primo, infra eo. titu. in glo. ordinaria. Idē dicūt quidā, ſi ſuſceperit litē pcuraturā: qz cōpellitur ſaltē litē cōteſtari. C. eo. l. ſed etiā. ⁊ l. mutuus. §. vltimo. Et ſi ſatiſdederit de defendendo, et non defendat, committitur ſtipulatio ob rem nō defenſam, et tenet ad intereſſe domini. Inſtitu. māda. §. mā
16 datū. ff. eodem. nō cogendum. ¶ † Querit glo. in verbo, ſed nunquid. an ſentētia lata cōtra parentes litigantes pro patrimonio filiorū preiudicet filijs. Glo. dicit qd non, niſi cōſentiant, vel ratificent: quia in talibus exigit filiorū conſenſus, cū etiam contra mandata patris poſſit contrahere: quia quo ad hoc non dicuntur in poteſtate patris, ſeu parētū. Et dicunt docto. qd dato qd inuito patre filia cōtrahat, dūmodo dignum elegerit, pater eam dotare tenetur. ff. de ritu nuptia. l. qui liberos. ⁊ no. xxxij. q. ij. c. vltimo. alias. xxxj. q. j. c. vltimo. Et qd filius contrahat patre inuito, patet de deſpō. impu. c. vno. li. vj. de iud. c. vltimo. co. li. vj.
17 Jo. ¶ † Poſt gl. quero an captiuus cōſtituat pcuratorē. Non videt, ſicut nec teſtamētū facere pōt. ff. de teſta. l. obſides argu. ff.

de iure fiſci. l. diuus. nec quis detinetur inuitus. Dic tu, ſi eo pretextu tenetur vt cõſtituat procuratorẽ, qui placuerit tenẽti, nõ valet conſtitutio alias ſic, vt no. in. d. l. obſides. ⁊ dixi de ſponſa. cũ
18 locum. ¶ † Quid de illo, qui ſub iuratoria, vel fideiuſſoria cautione tenetur in obſtagio. an poſſit conſtituere procuratorẽ. Idẽ videtur quod in capto. Unde dicit lex quod talis detentus vt detentus reſtituitur. Et intelligit Hoſtienſis in graui cauſa, quã do abeſt in loco, in quo eſt litigandum: argumento ſupra capitulo querelam. Tamen hoc procedit in iniuſte detento, in detento autem iuſte ſecus videtur dicendum: vt not. in. l. qui a latronibus. ff. de teſtamentis, vel quantum ad illas lites, quas habet
19 cum illis quibus eſt ratione obſtagii obligatus. ¶ † Nota bene quod detentus ad poſtulationem alterius non poteſt conſtituere procuratorem in lite, quam cum illo habet, eo detento. Quod ſingulariter nota. Antonius de Butrio.

1 ☞ Procuratori generali ſi denegentur inducie ad conſulendũ dominum abſentem in cauſa probabili poterit appellari.
2 Procurator ad omnia negotia, videtur etiã conſtitut⁹ ad lites numero. 12. et. 13.
3 Procurator generalis ante litẽ motam poteſt petere inducias ad conſulendum dominum ſuper tali lite.
4 Citandus eſt dominus abſens, qui procuratorẽ dimiſit ante certam litem nec valet citatio facta ad perſonã procuratoris.
5 Procurator poteſt ad omnia negotia tam iudicialia quam extraiudicialia conſtitui.
6 Abſens citatus debet procuratorem relinquere, alias contra ipſum procedetur tanquam contra contumacem.
7 Appellare, et appellationem proſequi, poteſt procurator ad agẽdum conſtitutus.
8 Procurator ad agendum non poteſt tranſigere.
9 Appellaſſe dicitur iuſte ⁊ legitime procurator, cui petenti non data eſt deliberatoria ad conſulendũ dominum an velit liti cedere aut contendere.
10 Prelatus ſi agit cauſam, qua queritur de agitatis in capitulo, in quo non fuit, poteſt petere inducias ad conſulendũ capitulũ.
11 Inducie que poſſunt peti per procuratorẽ, aut aliũ quales ſint.
12 Citari poteſt canonicus ad eccleſiam.

1 **Dilectus filius.** † Si generali procuratori generent inducie ad cõſulendũ dominum abſentẽ in caſu probabili procurator poterit appellare. h. d. Prĩa pars narrat gra
2 uamẽ appellãtis. Scđa dat iudicẽ, ibi: quocirca. ¶ † No. primo q̃ procurator cõſtitut⁹ ad oĩa negotia tractãda, videtur conſtitutus ad lites. q̃d no. q: dixiſſes cõtrariũ. cũ alius ſit procurator
3 ad negotia, ⁊ ali⁹ ad lites. e. cõcor. de procu. qui gñaliter. li. vi. † No. ſecundo q̃ procurator conſtitut⁹ ante litẽ motam poteſt petere inducias ad conſulendum dominũ. No. argumentũ a cõtrario, q̃ procurator ſpecialiter conſtitut⁹ ad cãm agitandã, vel ea mota
4 ad defendendã, nõ põt petere inducias ad dñm cõſulendũ. † No. q̃ dñs abſens qui dimiſit procuratorẽ eſt citand⁹ nõ ipſe procurator ante litẽ ceptã: vnde non videtur ſufficere ſi citaret procurator ⁊ dicit glo. q̃ eſt citand⁹ ad ecclãm ſuam de dol. c. cãm. ⁊ p hoc ſit expedita. i. gl. ⁊ ſi intelligeret q̃ eſſet citat⁹ Bon. intellige ſm Inn. q̃ nõ fuit citat⁹ ſup ſpecifica cã: ⁊ ſic debet habere indu
5 cias licet cõſtituerit procuratorẽ. † Nota q̃ quis põt conſtituere procuratorẽ ad omnia negotia tã negotialia, q̃ iudicialia, vt hic facit. ſ. c. petitio. † No. q̃ quilibet tenetur dimittere procuratorẽ, quãdo ſe abſentat: alĩs procederet cõtra ipſum, ſi ſe nõ defenderet. ff. ex q̃n. cau. ma. l. ite. ait. ⁊ p hoc ſit expedita gl. ij. ¶ In gl. fin.
7 omiſſo vno ver. quem recitabo cum ea. † No. q̃ procurator generalis ad agendũ põt appellare, ⁊ appellationẽ pſequi. gl. i. in fi. ⁊ ſi velis dicere q̃ fuit citat⁹ in Bononia, dic q̃ in citatiõe nõ fuit expreſſus articulus, ſup quo citabat: ⁊ ideo etiã tẽporalis procurator miſſus per ſcholarẽ ad cauſã, has inducias poſtulauit
8 ad dominũ cõſulendũ, ⁊ debet habere Innocẽ. ¶ † Quero an talis procurator poſſit trãſigere. gl. ij. dicit q̃ nõ. ſ. in ordine. Nec
9 alienare. vt eſt dictum. ſ. c. petitio. † Glo. vltima querit quomodo fuerit iuſta appellatio. Dic q̃ debebãt dari deliberatoriẽ q̃ dãtur ad hoc vt ſciat an velit cedere, vel cõtendere. iij. q. iij. ſ. offeret, ⁊ procurator p ſe deliberare nõ poterat. an cedere vellet, vel cõtẽdere ſuper facto alterius: vnde conſulere debuit dñm. Et cũ hoc nõ faceret, iuſta fuit appellatio. Hoc intellige verum, ſecũdũ do. in procuratore generali, quãdo nõ potuit imputari culpa ipſi qui ſe abſentauit, q: nõdũ erat cauſa mota. nec forſan cogitata. Unde dicit Inno. q̃ ſpeciali procuratori ad cauſã iſtam cõſtituto non darentur inducie: q: imputet ſibi quare nõ inſtruxit, vel preſumitur inſtructus. Dicit tamẽ Hoſt. q̃ ſi aliquid occurrit ſup quo dñs ſit inſtruendus, ⁊ dño imputari non poſſit q̃ eſt inſtruendus, ⁊ debet habere inducias: ar. C. e. l. ſi. ff. e. l. ſi actor. q: in facto alieno iuſte dubitabat. ff. p ſuo. l. ſi. ⁊ anceps periuriũ ſubire nõ

compellitur. ff. de in li. iuran. l. videamus. ⁊ ſunt verba docto. de iura. calũ. in pertractandis. ⁊ de dolo. venerabili. ⁊ vide gl. ad literam de confeſſis. c. q. li. vi. de electi. cupientes. li. vi. in glo. cõtingentibus. Itẽ ſi dñs eſt ſpecialiter ad cãm citatus vt cõpareat inſtructus nõ habet nouas inducias, qñ potuit inſtrui ex tenore citationis: vt no. de dila. preterea niſi ſuper nouiter emergẽtib⁹: vt dicta gl. cõtingẽtibus. ⁊ aduerte q: tunc comparere debet inſtructus quo ad deliberationem de reſpõdẽdo, ⁊ pbationem inſtrumentorum ſed nõ teſtium. Gl. notabil. in. d. ca. cupientes. ſ. ſi
10 vero. ¶ † In gl. ſuper verbo alibi. Per predicta infert q̃ ſi plaus agit cauſã ⁊ q̃rit de agitatis in capitulo, in quo nõ fuit, q̃ poteſt petere inducias ad capitulum cõſulendũ. de teſt. c. venientẽ.
11 ſ. de ferijs. c. fi. ¶ † Querit conſequenter quales ſint he inducie. Dicit gl. q̃ ſunt arbitrarie ſ3 loci inſtantiã, qualitatẽ pſonarũ, ⁊ negotij: ſecus dicit in dilationibus ad appellationẽ. Uide glo.
12 ¶ † Querit an habens mandatũ ad negocia gerẽda poſſit agere litem caſus hic q̃ ſic. Gl. intelligere videt q̃ habuit mãdatũ ad lites tex. eſt in. c. qui generaliter. de procur. li. vi. vbi habẽs mandatum ad negocium poteſt agere ad litem: q: negocium eſt lis: et verba in his gñaliter, ⁊c. ⁊ ex quo dicitur ad oĩa negotia, dicit q̃ poterit agere preſentia ⁊ futura, exceptis caſib⁹ requirentib⁹
13 ſpeciale mãdatum. c. qui generaliter. in prin. li. vi. † Oppo. quod nõ debuerit audiri procurator petens inducias, cũ ipſe dñs fuerat citat⁹ ibi rectore citate. Sol. poteſt intelligi q̃ fuit citat⁹ nõ perſonaliter ſed ad eccleſiã: q̃ ſufficit ⁊ nõ procedit ad cõtrariũ. ¶ Poteſt etiã intelligi q̃ fuit citat⁹ perſonaliter: ⁊ tunc oportet dicere q̃ neſciuit ſup quo citaretur: id procurator iſte petijt inducias ad cõſulendum, etiam ſm Innocẽ. ſi fuiſſet ſpecialis ad
14 hãc cauſam. ¶ † Oppo. ij. q̃ procurator iſte audiri non debuit cum eſſet tantum ad negotia. Gl. ſecunda ſupplet q̃ erat etiã ad iudicia, dic meli⁹ q̃ ſufficeret q̃ fuerit ad negotia deputat⁹: q: talis agere poteſt ⁊ defendere in iudicio. e. ti. c. qui generaliter. in prin. li. vi. ¶ Oppo. q: eſt quid imputetur iſti eunti ad ſtudiũ q̃ non dimiſit procuratorẽ informatũ: dari ergo nõ debẽt inducie. So. nõ erat in culpa, cum ſe abſentauit ante litẽ motã, ⁊ ex cauſa probabili, ⁊ nõ ante potuerat inſtituere ſuper lite nõ mota de quo in Spec. de dila. ſ. vltimo. ver. ſed pone. Antonius.

1 ☞ Procuratore ſolũ conſtituto ad agendum, ſi reus a iudicio recedat contumax eſt, ⁊ in expenſis condemnatur.
2 Adminiſtrationem eccleſie habens prior, ſicut regularis obligatur mutuo accipiens, ⁊ ad quantitatem receptam.
3 Agere poteſt maritus pro vxore tanquam perſona coniuncta, etiam ſine mandato ratione ſtipulationis per eum facte, cauſa matrimonij ſoluendi ſibi nomine vxoris, vt actio directa ſibi videatur acquiſita vxori vero vtilis. nu. me. 6.
4 Contumax reputatur non ſolum non veniens, ſed veniens ⁊ recedẽs illicentiatus, antequam id ſit pro quo agitur, expeditum, non legitimo procuratore conſtituto.
5 Procurator cõſtitutus a reo ad agẽdum, cõſtitutus ad defendẽdũ, vbi principaliter debet defendere. nu. 6.
6 Expenſarum condemnatio an ſit nulla, taxatione non premiſſa
7 Sententia poteſt trahi ad expenſas, etiã in libello nõ deductas.
9 Actio directa vbi viro acquiſita, vtilis vero vxori ſtipulatione viri ſi ambo nitantur contendere, vel ſi vxor prohibeat viro ne agat an preferatur vxor viro, tanq̃ habens vtilẽ, que preualet directe.
10 Agere non poteſt vxor pro marito, etiã tanq̃ pſona coniuncta.
11 Actio viro competit nomine vxoris pro rebus datis ⁊ viro ceſſis loco paraphernalium.
12 Procurator, ſeu curator gñalis ſue vxoris an poſſit eſſe marit⁹
13 Procurator etiam ſine mandato ad agendum admittitur cum cautione per eum preſtita.
14 Sententia lata contra dominum, qui etiam procuratorem legitime conſtituit, ⁊ eum recuſauit defendere, valet ⁊ domino nocet.
15 Procurator an poſſit compelli ad defendendum.
17 Procurator conſtitutus ad dilatorias proponendas ante litẽ cõteſtatam an ſit admittẽdus, libello non recepto per cõſtituẽtẽ.
18 Iuriſdictio fundatur ⁊ preoccupatur ſola citatione, ⁊ ante libelli oblationem.
16 Procuratorem an ſufficiat mittere ad illum articulum termino aſſignato ad certum articulum.

1 **Conſtitutis.** ¶ † Si re⁹ recedat a iudicio conſtituto procuratore ſolũ ad agẽdũ, cõtumax eſt, ⁊ cõdẽnat in expẽſis. h. d. ¶ Prima pars narrat cõtumaciam ⁊ cõdẽnationẽ rei. ¶ Scđa ibi: nos antẽ. cõdẽnationem approbat, ⁊ cãm committit.
2 † No. p̃io, q̃ prior, ⁊ ſicut regularis mutuo recipiẽs, ⁊ ad quãtitatẽ receptã obligat: ⁊ ſic videt q̃ regularis obliget. Hoc intellige

intellige vbi habebat adminiſtrationē vel habet mandatū a ca-
3 pitulo. Ad qđ vide no. in. c. qđ quibuſdam. j. de fideiuſſ. ¶ † No.
ſecundo qđ vir poteſt intentare actionem vxori competentem, ⁊
ſic tanquā coniuncta perſona videtur qđ agere poſſit pro vxore,
4 etiā ſi mādatum nō oſtendat. de quo in. l. marit⁹. C. e. ti. ¶ † No.
tertio quod contumax reputaſ nō ſolū nō veniens, ſed veniens,
⁊ illicentiatus recedēs anteq̄ ſit id, pro quo agiſ expeditū nō legi
time conſtituto procuratore ad hoc. j. de iudi. alleg. de ſindico. ca
5 pi. j. ¶ † Nota quarto qđ ꝓcurator ex parte rei datus ad agendū
tantū, tanq̄ illegitime cōſtitut⁹ non excuſat contumaciam domi
ni citati: quia reus debet conſtituere ad defendendū. actor ad a-
gēdū, niſi reconueniatur: quia etiam debet ad defendendum con
ſtitui. Et ꝑ hoc ſit expedita gloſſ. ij. Nota quod procurator cōſti
tut⁹ ad agendū, nō videſ conſtitut⁹ ad defendendum, vbi prin
cipaliter debet defendere. et ſic defenſio venit ad conſequentiam
6 mandati de agendo. ¶ † Quinto nota, qđ condemnatio expen-
ſarū poteſt fieri procuratore illegitime conſtituto, ⁊ qđ cōdemna
tionem expenſarū precedere debet taxatio. vidi multū dubitari,
quid ſi taxatio nō precedit, an ſit nulla, vel annullande condēna
tio. et fuit conſultum qđ eſſet aliqua. credo qđ ſit nulla: q2 forma
eſt data vt iureſ, ⁊c. ¶ Not. qđ finis debet eſſe litiū. ¶ No. qđ ſen
tentia ſuper expenſis ferſ etiam contra abſentē, etiam nō citatū.
et hoc hic no. gl. ſup verbo, taxatione, que ꝑ hoc, ⁊ alia notabilia
7 ſit expedita. ¶ † No. qđ q2 condemnaſ ad expenſas i libello nō
8 poſitas: de quo. ē. c. auditis. ¶ † Oppo. cū glo. j. qđ ad agendū
pro vxore nō debuerit admitti marit⁹, ſi nō habebat mandatū. ē.
eo. c. j. Solu. duplex eſt intellect⁹. Unus, qđ hec obligatio erat q̄
ſita marito: q2 vir mutuauit pecuniam priori, ⁊ ſibi eſt ſtipulatus
dictā pecuniam reddi nomine vxoris. quo caſu agit nomie pro
prio nō nomine vxoris, ⁊ inde nō repelliſ. ¶ Circa iſtam primo
obſtat, q2 alteri ſtipulari, vel paciſci nemo poteſt. vt Inſti. de inu
ti. ſti. ſ. ſi q2 alteri. Sol. dicit glo. q2 nō ſtipulabaſ vxori, vt prior
daret vxori decem, q2 tunc nō valuiſſet ſtipulatio: ſed ſtipulabaſ
ſibi nomine vxoris: q̄ caſu ſibi directa actio, ⁊ vxori vtilis acqri-
9 tur, cum ſua interſit. ¶ † Hoc tento, eſt vnum dubium, qđ ſi velit
agere vxor, ⁊ maritus, qs preferatur: vel ſi vxor prohibeat, an po-
teſt agere vir. dicit hic glo. qđ mulier prefertur, ⁊ vir repellitur: q2
ei daſ vtilis que prefert directe viro. Alleg. ff. de procur. l. ſi pro-
curator. vbi ſi procurator eſt ſtipulat⁹ iudicatū ſolui, mea vtilis
ſuc prefertur, nec nō pōt me inuito agere ꝓcurator. De quo dic
vt in. c. quanq̄. de vſuris. lib. vj. hoc verum ceſſione facta: q2 nō
agit dominus ante ceſſionem actionis queſite per ꝓcuratorē, ni
ſi in caſib⁹: vt. l. damnum. in ſi. ff. de damno infec. ff. de verbo. ob
li. l. ſtipulato. ſ. ſi quis inſulā. De materia in Spe. de actione. ſ. j.
ver. itē tutor. ali⁹ eſt intellect⁹ qđ hic agebat vir tanq̄ procurator
ad cōtrariū reſpōdet, q2 habet mandatū a iure tanq̄ ꝓcurator
quia dato qđ nō ſit affinis, vel alias conſanguine⁹, iudicatur ta-
men de eo, vt de coniuncta perſona, q̄ agere poteſt ſine mandato
quia principiū affinitatis. ff. e. ſed ⁊ he perſone fallit, ſi habet mā
datum: quia nō poteſt agere, niſi quatenus in mandato cōtineſ.
vltra mandatum, ergo agere nō poterit, nec tanquam procurator
nec tanquam cōiuncta perſona, quaſi videaſ prohibit⁹, eo quod
habet mandatum in aliqua cauſa ſeparatū ab illa agitanda ſecū
dum cōmunē opi. licet aliqui voluerint dicere qđ in cauſa, in qua
nō habet mandatū, ſe intromittere poſſit nō tanquam procura-
10 tor. ſed tanq̄ cōiuncta perſona de quo in. d. l. marit⁹. ¶ † Sed an
ecōuerſo poſſit vxor pro marito agere. dic qđ nō. C. e. l. ⁊ quia. In
ſi. gl. dic, ⁊ eſt terti⁹ intellect⁹, qđ vxor dederat hec nomina in do
tem qđ fieri poteſt, ſicut etiam vendi poſſunt. C. de here. vel act.
11 ven. l. nomina. cū ſi. ¶ † Quart⁹ ſecundū Hoſtien. qđ hec mulier
hec nomina marito ceſſerat, vt illa loco paraphernaliū repeteret
et haberet, in quo caſu nomine vxoris viro cōpeterent actiōes,
vt hic, ⁊. C. de pac. conuen. ſup dote. l. ſi. Uide gloſ. ſup verbo. ad
12 agēdū. i fine. ¶ † Quero ſecūdo an vir poſſit eſſe generalis cura
tor vxoris dic qđ nō, licet poſſit eſſe ꝓcurator. C. qui da. tu. poſ. l.
ſi. pōt tamen eſſe tutor, vel curator ad vnā litē. de q̄ i ſpe. de cura.
ſ. vt autē. verſi. ſed nunqd vir. Martin⁹ ſilima. dicebat hoc verū
vi conceſſi mandati: ſed vi coniunctionis pſone bene poterit age
re. ⁊ idem Pe. in. l. marit. C. de procura. et ſit ratio ſecundū Pe.
quia que inducunſ in augmentū, nō operantur diminutionem
ff. de lega. j. l. legata inutili. de conditio. ⁊ demonſt. l. cum tale. ſ.
primo. ſed hic mandatum ſit ad augmentum: ergo quia idem nō
debet operari contrarios effectus. de bap. c. debitū. communiter et
netur illa opin. quia de vno dictum, in alio cenſetur negatū. vnde
videtur etiam ei ſublata poteſtas agēdi illo reſpectu. de preſum.
nonne. ¶ Nō obſtat qđ diciſ in. l. legata. quia circa idē nō ope-
raſ, ſed circa diuerſa poſſunt quandoq2. ¶ Quero cū gloſſa. iij.
quare hic procurator nō habuit ſufficiens mandatum. dic quia
erat reus prior: vnde debebat dare procuratorem ad defendendū

13 nō ad agendum, niſi recōuenire vellet. ¶ † Opp. quod nō ſit pon
derandum an hic habuerit mandatū de defendendo, vel non, ſed
ſolum an velit ſatiſdare, vel nō: quia ſi vult ſatiſdare, admittiſ. ſi
nō vult ſatiſdare, nō admittetur. C. de ſatiſda. lege vna. Solu. di-
cit Innocenti. primo quod nō videtur ponderandum, cum etiā
ſi habeat mandatum nō admittatur, niſi ſatiſdet de iudicato ſol
uendo, ꝑ dictam legē vnam dicit tamen poſt hoc ponderandū,
quia ſi habet mandatum, fiet executio in bonis domini: vbi ſi nō
conſtat de mandato, nō fiet executio, niſi in bonis procuratoris.
ff. eo. l. ſi plauti⁹. niſi agens reconueniret. ff. eo. l. procurator. vnde
dicit qđ poteſt dici quod cōdemnabiſ in expenſis dominus, licet
defendatur per nō habentem mandatū: quia perdit executionē
in bonis domini. Inſti. de acti. ſ. huic autē. ⁊. ſ. preterea. ſic con-
tumaciter recedens nō conſtituto procuratore, ſuper principali.
tamen procederet ꝑ ſolam cautionem. C. eo. l. exigendi. ⁊ hoc an-
14 te lit. conteſtationē, ⁊ poſt de ſolu. l. ſolutionē. ¶ † Quid ſi bene
conſtituit ꝓcuratorē, ſed ille nō vult defendere. dic qđ domin⁹ in
expenſis condemnaſ: ⁊ ſibi imputet talem eligendo. ff. nau. cau.
15 ſta. l. ſi. ſ. hac autē actione. ff. de mino. l. cum mandato. ¶ † An
autē procurator preciſe compellatur defendere. dic vt no. ē. in ca.
16 accedens. ⁊ in clem. j. de procura. ¶ † Opp. quod hic procurator
ad agendum conſtitut⁹ habeat ſufficiens mandatū ad defendē
dum: nā eo quod quis eſt procurator ad agendum, nō admittiſ
ad agendū, niſi defendat. l. ſed et he. ſ. defendere. ff. de ꝓcura. ergo
hic videſ eſſe mandatum, ſine quo nō poteſt expedire quod man
datur: vt in. l. ad rem mobilem. ⁊. l. ad legatū. Sol. dicit ꝓcura. ad
agendū conſtitut⁹, ſi reconueniatur, habet ſufficiens mandatū
quia eo quod eſt datus ad agendū et agere non poſſit, niſi defen-
dat, videſ ſibi data poteſtas defendendi: ſed ſi procurator eſt con
ſtitut⁹ ad agendum ⁊ non ageret, principaliter conueniſ: ⁊ ideo
videſ mandatum habere ad principalem defenſionem, que non
17 venit conſecutiue ad actionē, quam intentat ꝓcurator. ¶ † Que
ro an procurator cōſtitut⁹ ad dilatorias proponendas, ante litis
conteſtationē ſit admittend⁹, libello nō recepto per cōſtitutionē.
dicit Innocē. quoſdam dicere quod non, niſi prius dominus in
principio receperit libellum: quia principium exordij litis eſt ipſa
libelli receptio. iij. q. ne. iij. ſpatium. ſ. offeraſ. non oblato ergo li
bello conſtitutus ad opponendū, nō eſt legitime conſtitutus ad
excipiendū: quia eſt conſtitutus ad agenda media, omiſſo prin-
cipio, ſine quo media eſſe nō poſſunt. ¶ Secundo poteſtas exci-
piendi firmaſ ex obiectu agēdi. deficiente ergo agente, et reo, defi
cit poteſtas excip. endi, ſed ante libelli oblationem quis non eſt a-
ctor, nec quis eſt reus: ergo nō daſ poteſtas opponendi: ⁊ ſic non
eſt legitime conſtitut⁹ procurator ad excipiendum tantum ante
litis conteſtationē, vel ante libelli oblationem. ¶ Probat tertio,
quia aut dicit quod nō teneſ domin⁹ reſpondere: quia pars ad-
uerſa, vel iudex eſt excommunicat⁹, ⁊ nō eſt audiēd⁹: quia et tunc
comparere debet infra de appellat. capitu. ſi duobus. Aut dicit,
nō teneor reſpondere in principali cauſa: ⁊ nō debet hoc etiam di-
cere: quia hoc eſt certum quod procurator nō eſt, ſed nec alias ex
ceptiones proponere poteſt, niſi excuſatorias, ſupra cap. querelā.
ſed ſi eſſet procurator conſtitutus ad accipiendum libellum, tunc
bene poſſet proponere excuſationē, et recuſationem. ⁊ hoc quia
hic aliquis eſt re⁹ ⁊ ꝓcurator rei ad ea, que ſufficiant in preſenti.
licet nō ſufficiant ad totam cauſam. ¶ Alij dicunt, quod procura
tor conſtitut⁹ ad excipiendum tantum, admittend⁹ eſt, ⁊ excipe-
re poterit, etiam ſi nō habet procuratoriū ad defendendum: quia
in hac cauſa abſens eſt re⁹ dominus. placet Hoſtien. quia ante li
belli oblationē poteſt proponi recuſatio. vt patet in capitu. inter
monaſterium. de re iudi. et proponiſ, vbi libellus non offertur. de
18 appel. cum ſpeciali. ¶ † Nō obſtat quod hic nō ſit actor, nec reus.
quia in citatorio ſemper exprimiſ quis ad cuius inſtantiam cita
tur, ⁊ ſup quo eſt citatus: patet, quia ante libelli oblationem iuriſ
dictio fundaſ. de offic. deleg. c. gratū. ⁊ ca. licet. ergo ⁊ poteſt re-
pelli. Itē licet nō ſit iudicij fundamentum, iuriſdictio poteſt de-
19 clinari, ⁊ ſpes iudicij repelli. de verborū ſignifi. for⁹. ¶ † Quero,
ſi aſſignat⁹ eſt termin⁹ ad certum articulum, an ſufficiat mittere
ꝓcuratorē ad illum articulū. dicit hic Inno. quod ſi aſſignatus
eſt termin⁹ ad certū articulum ⁊ ad omnia alia, que facienda oc-
currunt, nō ſufficit ꝓcuratorē conſtituere ad illū certū articulū
tantū. Si eſt citat⁹ ad certū articulū tantum, puta ad producen
dos teſtes, tunc ſufficit procuratorē conſtituere ad illū actum: ⁊ il
le procurator ad aliud nō tenebiſ, niſi ad teſtes ꝓducēdos, ⁊ ad
ea que circa teſtiū productionē ſunt neceſſaria. vnde ſi ex aliqua
cauſa cōmittaſ ꝓductio teſtium, nō ꝓcedetur ad alia: q2 non eſt
in eis ꝓcurator, q̄tūcūq2 ad aliquā alē certū articulū cōſtitut⁹ ſit
poteſt tamen recipere diē aſſignandū ad alia excipienda, ne cir
cunducaſ edictum. xj. q. iij. certum. ff. de iudici. l. ⁊ poſt edictū. et
quia eſt acceſſorium ad mandatū. ff. e. l. ad rem mobilem. ⁊. l. ad

legatum. Sed quid ſi habet mandatū ad omnia illa, que illa die
occurrent facienda, videtur qḋ ſufficiat: q: talis habet poteſtatē
recipiendi libellum, cum ⁊ illa die occurrere poſſit qḋ offeratur.
¶ Dicit tñ Hoſtien. qḋ talia mandata indiſtincte non ſunt ad-
mittenda: alioqui alius ſub eadē forma in ſcḋa die poterit dari
procurator, ⁊ ſic in tertia, ⁊ negotium intricabitur: q: vnus cōſite-
bitur, ⁊ alter negabit: ⁊ vbi primus eſt certus, ſcḋs, vel tertius di-
cet ſe ignorare, ⁊ acta amiſſa eſſe: ⁊ poterunt alie difficultates ori-
ri in grauamē actorum, quibus debet iudex ex officio occurrere.
de appel. vt debitus. Illud aūt dicunt doc. eſſe certum qḋ hic eſt
legitimus pcurator, q eſt cōſtitutus ad litē cōteſtandā, ⁊ ad oīa
alia, ⁊c. Allegāt de pcurator. q ad agendū. lib. vj. Antonius.

1 Procuratoris reuocati geſta valent, iudice tamen, ⁊ aduerſa-
rio ignorante.
2 Procuratoris reuocationem tranſire nō ſufficit in notitiam iu-
dicis, vel aduerſarij, niſi in vtriuſqȝ tranſeat, vbi ſit poſt litem cō-
teſtatam. num. 10.
3 Procuratoris reuocati geſta ignorāte aduerſario quare valeāt.
4 Procurator actoris vel rei vt legitime poſſit procurare, ⁊ poſſit
dici ſufficienter fundatus, que requirantur, ⁊ ad quas cautiones
teneatur.
5 Procurator, qui cautiones dare offert, non tenetur ad illas poſt
litem conteſtatam.
6 Procurator collegij vel vniuerſitatis non ſolet cauere, de iudi.
ſoluendo quia iurat de calumnia in animam propriam, viceſqȝ
collegij ſuſtinet.
7 Procurator ad contractum non differt a procuratore ad iudicia
in materia reuocationis eiuſdem.
8 Procurator ad iudicia quare, ⁊ in quo differat a procuratore
conſtituto ad contractus.
9 Procuratoris reuocatio quomodo dicatur legitime certificata.
11 Procuratoris reuocati iudicium valet, ſi tranſiuit in notitiam
eiuſdem, ⁊ malitioſe tacuit.
12 Procuratoris reuocatio an ſufficiat qḋ de ea ſit aduerſarius cer
tificatus aliter, quam ex certificatione domini.
13 Procurator poſt litem conteſtatam non poteſt, niſi ex cauſa, re-
uocari inuitus.
14 Sententia lata cum procuratore reuocato valet ad cōmodum
aduerſarij, ⁊ non reuocantis, vbi reuocatio facta fuit non cer-
tificato aduerſario.
15 Vel, dictio ſumitur pro Et.

1 MAndato. ¶ † Valent geſta per procurato-
rem reuocatum, iudice, ⁊ aduerſa-
rio ignorante. hoc dicit. Et nō diuiditur propter eius
breuitatem. ¶ Nota primo id, qḋ dixi in ſummario.
2 ¶ † Nota ſcḋo qḋ non vr̄ ſufficere reuocationē tranſire in noti-
tiam iudicis, vel aduerſarij, niſi ad vtriuſqȝ tranſeat notitiam.
¶ Nota quod non valet reuocatio procuratoris poſt litem con
teſtatam niſi tranſeat in notitiam iudicis, ⁊ aduerſarij. ¶ Nota
quarto qḋ poteſt reuocari pcurator poſt litē cōteſtatā ſi nō tran-
3 ſiuerit in notitiā aduerſarij. ¶ † Nota quinto qḋ iudiciū agitatū
per pcuratorem reuocatū, ignorāte aduerſario, valet: ⁊ ſic ēt vide
tur valere ad cōmodum domini. Ratio, q: habetur pro quaſi p-
4 curatore. ¶ † Gl. j. magiſtra. querit que requiruntur ex parte pro-
curatoris actoris: ſcḋo que ex parte pcuratoris rei ¶ Ad primū
dicit qḋ in cōſtitutione. Primo requirit nomen cōſtituentis ex-
primi in cōſtitutione. Scḋo, nomē pcuratoris cōſtituti. Tertio,
nomen cauſe. Quarto, nomē iudicis, corā quo queſtio verti debet
ſi iudex eſt delegatus: ſi ordinarius, nō eſt neceſſe. ff. de procu. l. ſi
procurator. debet ⁊ dñs in eo pmittere qḋ ratū habebit, ⁊ ſatiſ-
dare pro eo in cauſa defenſionis: ⁊ tales litere mitti debēt aduer-
ſario vt ſit certus de mādato, quibus releuatur procurator a ſatiſ
datione de rato, cū de mādato dubitaƚ, vt ibi dicitur. ¶ Aduer
te, q: gl. errat, ſi iſte hȝ mandatū, non neceſſitatur ad cauendū de
rato: ergo talis clauſula nil operatur: ſed debuit dicere gl. de iu-
dicato ſoluendo nō cauet de rato, qū dubitatur de mandato: ſed
quando eſt certū mandatū non cauet de rato, ſed bene cauet de
iudicato ſoluendo q: nullus legitimus eſt defenſor, ⁊ cū māda-
to, ſine cautiōe de iudicato ſoluēdo. ¶ Ad fin de pcuratore rei,
ſi cōſtat eū nō habere mandatū tanq̄ procurator nō admittitur
licet admittaƚ tanq̄ defenſor preſtita ſatiſdatione, ſi habeat mā-
datum, ⁊ non admittitur ſine cautione de iudicato ſoluēdo. C. de
ſatiſda. l. vna. cū ſi. Et hec cautio cōtinet tres clauſulas. Prima,
qḋ defendat reū in cā. Scḋa, qḋ dolū nō cōmittat. Tertio, ⁊ hoc
ipſum, qḋ verbū ſonat. Et talis ſatiſdatio debet interponi ab ipſo
dño, ſi preſens eſt, ⁊ velit releuare procuratorē a ſatiſdatione. alīs
ipſemet pcurator tenebitur, quātuncūqȝ ſit diues, ⁊ ſoluēdo. Et
ſi abſens ſit, cōſtituat eū pcuratorē cū ſatiſdatione, de iudicato
ſoluendo ſub hypotheca bonoꝝ ſuorum. Inſtitu. de ſatiſda. §. ſi
vero. Cautionem vero de rato non preſtat procurator rei: cū do-
to quod dñs ratum non habeat, ſoluat procurator de burſa ſua.
fallit in duobus caſib᷒. Primus, qñ iudiciū eſt tale, in quo quis
ſuſtinet vices actoris, ⁊ rei. Exemplum de proba. c. per tuas. q:
cum in parte veniat tunc procurator vt actor, ſatiſdare debet. ff.
eo. l. Pomponius. §. ſed ſi is. Item vbi non eſt plene cautum per
cautionem de iudicato ſoluendo vt q: agitur rei vēdicatione, q:
ſi pcurator ſolueret iudicatū preciſe, non poſſet compelli ad rē,
ſed ad intereſſe, nec poſſet plene reſtituere rem dño ratum nō ha-
bente: ideo tunc non ſufficit cautio de rato. Idem ſi agitur cauſa
ſtatus alicuius: q: tunc non eſt plene cautū actori, niſi ſibi cauea-
tur de rato. ff. eo. l. nō ſolum. §. ſi ſtatus. ⁊. §. ⁊ eſt caſus. ⁊ cū tutor
poſtulaƚ ſuſpectus, ⁊ ipſe per procuratorē ſe defendit. ff. eod. l. nō
ſolum. §. vltimo. ¶ † Quero tertio qñ petantur huiuſmodi cau-
tiones. Dic qḋ peti debent ante lit. conteſtationē. ff. de procu. l.
6 Pomponius. §. rati. ¶ † Quero quarto quid de pcuratore vni
uerſitatis, ſiue collegij, an caueat de iudicato ſoluendo. Dicit qḋ
non: q: ſuſtinet vicem vniuerſitatis, ⁊ iurat de calumnia in ani-
mā ppriā. j. de iura. calū. in pertractādis. ⁊ q: cōparatur tutori.
ff. pro empto. l. qui fundū. §. ſi tutor, qui nō caueat. iudi. ſol. l. ſi. §.
defenſionē. C. de admi. tu. ſicut nec eā preſtat verus dñs. Inſtit.
de ſatiſda. §. ſed hodie. Itē q: talia officia ſunt neceſſaria. ā. e. q:.
ſed officium procuratoris voluntarium. ā. eo. querelam. alias nul
la eſſet differentia inter procuratorem priuate perſone ⁊ ſyndicū
vniuerſitatis. De materia gl. vide plenius in Specu. tit. de ſatiſ-
7 da. §. penultimo. ¶ † In gl. q. ibi: ⁊ ideo ſecus. Tu dic, relecta dif-
ferētia inter datū ad iudicia, ⁊ datū ad contractus, qḋ reuocatio
procuratoris non preiudicat aduerſario, niſi aduerſarius ſit cer-
tiſicatus de mandato, ⁊ aliquis ſpāliter mandatū cū eo geſſit, vel
ſua pōt intereſſe, niſi ſit certificatus de cōtraria reuocatione mā-
dati, ſicut fuit certificatus de mādato. Ad qḋ. l. ſi pupillus. ff. de
inſtitoria Et per hoc reijcitur dñia an reuocetur ante lit. cōteſta-
tionē, vel poſt, q: hoc nō attenditur: ſed an fuerit certificatus de
mādato, vel non. Ad qḋ gl. de procura. c. j. lib. vj. ad quā recurrē-
8 dum eſt. ¶ † Differentia aūt eſt inter iudicia ⁊ negotia. Glo. fuit
facta forte hoc pretextu, q: in iudicijs plus contingit aduerſariū
certificari de mandato, quā de negotijs, ⁊ plus. Et differētia, que
ſit an reuocetur ante litis cōteſtationē iudiciū, vel poſt ēt fit: quia
plus cōtingit certificari aduerſarium poſt, q̄ ante: ſed per hoc nō
9 negatur quin ſi certificetur, idē ſit ius. ¶ † Ea. gl. ibi: inſinuante.
requirit ergo gl. hanc certificationem eſſe factā per reuocatorem.
Alij dicunt ſufficere aduerſarium aliter eſſe certificatū, quā per
intimationem dñi, per regulam, eū, qui certus. cum cōcor. de reg.
iur. in. vj. Hoſtiē. tenet qḋ requiratur hic ſcientiā precedere reuo-
cationem. Allegat de offi. delega. prudētiā. cum concor. alīs reus
frequenter poſſet malitioſe fingere reuocationē procuratoris, vt
negotium differret, cui hec materia eſt auferenda. de diuortijs.
quanto. Media mihi placet: q: intimatio hic non requiritur, niſi
propter finē certificandi. per no. de emp. ⁊ ven. c. ſi. ⁊. ff. de adulte-
10 rijs. l. denuntiaſſe. Vltimo anno ſic apoſtillauit. ¶ † Pro glo. q.
que examinat intellectū tex. textus preſupponit quatuor. Pri-
mū, qḋ poſt litē cōteſtatā nō valet reuocatio pcuratoris ad pre-
iudicium aduerſarij, eo nō certificato. ¶ Scḋo, qḋ valet reuoca-
tio añ lit. cōteſtatio. aduerſario, vel iudice ignorāte. ¶ Tertio,
qḋ valeat reuocatio pcuratoris, aduerſario certificato poſt litis
cōteſtat. ¶ Quarto, qḋ idiſtincte valeat iudiciū a pcuratore re-
uocato nō certificato aduerſario, vl̄ iudice poſt litē cōteſtatā: ⁊ ſit
qḋ valeat ēt ad cōmodū reuocantis. ¶ Primo dicto obſtat, q:
ſufficit reuocatio tranſire ad procuratorē. ā. c. inſinuante. ⁊. c. in
noſtra. ff. manda. l. ſi mandaſſem. ¶ Scḋo dicto obſtat, qḋ etiā
ante litis cōteſtationē non debet valere reuocatio, niſi tranſiue-
rit in notitiam aduerſarij, ſicut poſt litē conteſtatam de reſcrip.
ex parte. Subeſt enim eadem ratio ne decipiatur aduerſarius, vt
dicit hic textus. ¶ Gloſſa verboſe loquendo aſſumit duos prin
cipales caſus. Quidā ſunt procuratores ad iudicia: ⁊ in his non
valet reuocatio, ſiue fiat reuocatio ante litis cōteſtationem, ſiue
poſt, niſi tranſiuerit in notitiam aduerſarij, vel domini: vnde licet
poſtea iudicium per tales agitatū ſuperueniat, nil valet. Gl. dat
duo ſimilia in contractu, ſi iuſſero filio meo mutuari, poſtea re-
uocauero: hec reuocatio non preiudicat, niſi trāſeat in notitiam,
vt poſſim habere exceptionē Macedonianam. Idem ſi iuſſero
alicui credi, poſtea ipſum reuocauero: q: non certificato aduerſa-
rio teneor. ¶ Ad. c. in noſtra. ⁊ ad. c. inſinuante. dic qḋ ibi tranſi-
uit in notitiam aduerſarij, licet nō appareat. Ad iſtum textū dūs
dicit poſt litē conteſtatā, ſubaudi maxime. Quidā ſunt pcurato-
res in negotijs extraiudicialib᷒, id eſt, in cōtractibus: ⁊ tunc dicit
qḋ ſufficit reuocationē deuenire ad procuratorem, lȝ nō tranſeat
ad aduerſariū. Allegat gl. dictā. l. ſi mandaſſē. ⁊ dat rationē di-
uerſitatis: q: in iudicijs fieret pdiciū ei, ſi eo cōſtituto, ⁊ reuoca
to, ignorāte aduerſario, nō valeret iudiciū: in cōtractibus ſecus.

Omiſſis

Omiſſis ſuperfluitatibus, quicquid dicat gl. iſta, ſic concluſio in ſalubibus. Reuocatio procuratoris tūc valet, nō certificato aduerſario, qñ ei non cōſtitit de mandato, ⁊ ſibi nō preiudicatur: ⁊ tunc nō valet, qñ ei conſtitit de mandato, ⁊ eo non certificato facta eſt reuocatio. Et ideo dico qđ ſi ꝓcurator eſt cōſtitutus ante lit. cōteſtationē ⁊ ante iudiciū ceptum reuocatur, non certificato aduerſario de mādato ante reuocationem, valet reuocatio: alſ ſi certificatoꝛ, ⁊ ſua intereſt ne reuocet, ⁊ poſtea reuocet nō valet reuocatiu ad preiudiciū aduerſarij. Iſtud inuenies: ⁊ ſic limito omnia iura, q̄ faciūt differētiā inter negotia ⁊ iudicia, nō faciūt differentiā niſi in negotijs vt plurimū cōtigit aduerſariū nō certificari de mādato, ⁊ vt plurimū ſua nō intereſt: ſed ſi intereſſet, idē eſſet: ⁊ iura, que faciunt differentiā an lis ſit cepta, vel nō hoc faciunt, qꝛ cōmuniter ante litē ceptā non cōſtat aduerſario de ꝓcu-
11 ratorio. ¶ † Per p̄dicta deciditur dubiū in ver. ſed ſi reuocatio in dubium. reuocatio trāſiuit ad procuratorē, ꝓcurator occultauit malitioſe, an valeat iudiciū. Concludit gl. qđ ſic: ⁊ bene ſi fuit certificatus aduerſarius. Primo debuit de mādato certificari. ⁊ de reuocatione a parte ipſius domini: ⁊ ideo ſibi imputet, vt hic
12 videtur. ¶ † Sed hic quero de alio dubio, an ſufficiat certificatū eſſe aduerſariū, vel ſcire aliter quā ex certificatione domini. Glo. vbiqꝫ vr̄ requirere certificationem ꝑuenire a domino. Alij cōtra, argu. ff. de peti. here. l. itē veniunt. §. a quo. de reſcrip. cū cōtingat. Hoſtiē. tenet qđ requiratur qđ hec ſcientia procedit a reuocante, ita qđ non ſufficit aliter aduerſariū ſcire, niſi per reuocantē intimetur: arg. de offi. dele. prudentiā. cum ſuis cōcoꝛ. alſ reus frequēter poſſet malitioſe fingere reuocationē ꝓcuratoris, vt negotium
13 differret. cui hec materia eſt auferenda. de dilatio. quantum † Tertio dicto obſtāt iura vulgaria: qꝛ procurator poſt litē ꝯteſtatā nō reuocatur niſi ex cauſa: vt. ff. de ꝓcu. l. poſt litē. ⁊ e. c. ii. lib. vi. Solu. Procurator inuitus nō reuocatur, ſed volēs ſic vt hic erat: alias non audiretur, niſi cauſa cognita. Et dicit gl. qđ ſi expreſſe cōtradicit ne reuocetur, nō allegata cauſa, tanq̄ ſuſpectus nō debet audiri, qꝛ ſe ingerit: arg. ff. de procura. l. que omnia. Secus ſi allegat cauſā: qꝛ forte vult ſuā famam cōſeruare. Aduerte, nō placet qđ hic procurator fuerit nolens, ſi poſtea eſt proſecutus iudicium:
14 ideo dic qđ cauſa cognita fuit reuocatus. ¶ † Quarto dicto obſtat. c. ex parte decani. de reſcriptis. vbi valet reuocatio ad preiudicium reuocantis, ēt non certificato aduerſario. Solutio. Dic verum. ⁊ qđ hic dicit valere iudicium, intellige ad cōmodum aduerſarij, nō ad cōmodum reuocātis: ideo ſi lata eſſet ſentētia pro
7 pedio. ❡ † Oppono quod iurans, ⁊ poſtea renuntians, non habeat remediū. Unde obſtat, quia poſtea ſoluendo videtur eſſe ſublata proxima cauſa turpitudinis, et valeret renuntiatio. ❡ Jn gloſſ. ad reſignationem. ibi: poſtea reſignauit. Hoſtiē. dicit ꝙ precedēte iuramento meticuloſe de renūtiando, poſito quod poſtea renūtiauerit. nō inſtante metu. poterit repetere: quia metus reduxit eum ad principium neceſſitatis ſolutionem. ❡ † Non obſtat ſi dicatur, ſecundū hoc idē debent eſſe in proximo. cū quo ad eū ſic neceſſitet promiſſio, ſicut iuramentum. xxv. q. vi. cap. proximo, vt ordinata ad obligandum parti non ſic ſugillat contrauenientem, ſicut iuramentum: quod ordinatur ad obligandū Deo. ❡ Nec obſtat, ſi dicatur quod ille ſponte ſoluit, non neceſſitatus iuramento, cū haberet remedium contra iuramentum, quia talia non attendūtur, cū ſint remedia extraordinaria: ⁊ quia quantuȝ ad vulgus aliqualiter ſugillatur, licet intētauerit remedia contra iuramentū. Et ad hec omnia optimus textus. de iureiuran. debitores. de quo ibi. Ultimo anno ſic apoſtillauit. ❡ Hoſtien. dicit quod quādoq; ex obligatione meticuloſa principiū neceſſitatſinē, ⁊ tunc dato metu vt principio, ſequitur finis conſecutiuus ad principium meticuloſum, non neceſſitat finē, ⁊ procedit obiectū iuramentum neceſſitat ipſam renuntiationē: qui alias peccat, niſi abſoluatur: ſed ꝓmiſſio obligat quo ad deum, dicit Hoſtiēſis. Unde ſi in vtroq; non habet animū obligandi, neutrū obligat quo ad Deū, ſed bene quo ad eccleſiā obligat iuramentū: ⁊ hoc vt in maiori reuerentia habeatur iuramentum. Unde nō poteſt venire cōtra, niſi abſoluatur. Sed ſi in vtroq; habet animū obligandi, tunc obligatur quo ad Deum, ſed non reputatur talis o-

8 bligatio eſſe neceſſitās quo ad eccleſiā. Ita tenē gl. ❡ † Caue, q̄ hic videtur facere contra notata ſupra cap. proximo, vt dictum fuit, quod non debet quis abſolui a iuramēto, dūmodo iuramētū poſſit ſeruari, ⁊ iurāti alia via prouideri: quia ex quo habet remedium contra iuramentum, ⁊ ſoluit ipſe voluntarie ſoluit: ⁊ ſic indiſtincte habet locū quod requiritur, quod idem metus duret

9 tēpore renuntiationis. ❡ † Oppono quod iurāti obſtat huic ꝙ repetere nō poſſet. ſupra cap. proximo. Solu. Hic iurauit renuntiare. ibi iurauit non repetere: quod nō impletur ſola renuntiatione. Unde hoc iuramentum includit perditionem iuris. ſed nō re-

mediū recuperandi ibi cōcludit vtrunq;. ¶ Sed quid ſi iuraſſet
nō repetere? Dicit gl. qđ nō haberet remediū directum. C. ſi ad.
uerſus vēdi. l. j. de iureiurā. ſi vero. & c. abbas. Sed ex officio ſibi
pvidere habet ſuperior: ⁊ poterit etiā denūciare, non obſtāte ſuo
iuramēto. de iureiurā. quemadmodū. Itē habet tertiū remediū,
quia poterit impetrare abſolutionē a iuramento, ſicut in vſuris:
10 ⁊ non videtur facere dolum, ⁊ fraudē in eligēdo. ¶ † Capio aſa
gloſſ. ⁊ revertor ad primā: quod male hic ponatur edictum pretoris:
quia edictū q̄ metus cauſa geſtū eſt, ratū nō habebo. Solu.
Olim ſtabat edictū, quod vi metuſue cauſa: ⁊ vis denotabat ne
ceſſitatē contrariā volūtati: ſed hoc hodie detracta eſt iuris neceſ
ſitas ideo: quia q̄ fit atrociter, id metu fieri videt. Et dicitur vis,
11 ⁊ impetus maioris rei, cui reſiſti nō poteſt. ff. e. l. j. ⁊ ſ. ¶ † Opp.
ſecūdo quod diuerſa alia dētur remedia, ppter vim datur inter
dictū poſſeſſoriū: vt patet de reſtit. ſpoliato. per totū. Item dat
actio vi bo. rap. ſi rapiātur bona, ⁊ diuerſa alia. ¶ Dic, quedā eſt
vis cōpulſiua: ⁊ illa cauſat actionē q̄ metus cauſa, quedā eſt ex
pulſiua: ⁊ illa cauſat interdictū vnde vi, quedam eſt vis ablatiua:
⁊ illa inducit vim bonorū raptorū circa immobilia tātum. ff. de
12 vi. ⁊ vi ar. l. j. ſ. ſi fundū. † Quedā eſt turbatiua: ⁊ hec cauſat in re
b' ſoli interdictū vti poſſidetis: in reb' mobilib', vtrobi. ff. vti poſ
13 ſidetis. l. ſecūda. ⁊ habetis glo. de ca. poſſeſ. paſto: alis. † Quedā
eſt vis inquietatiua: ⁊ hec cauſat interdictū q̄ vi, aut clam. ff. q̄
14 vi, aut clam. l. j. Quia ingreſſus ſum materiam metus. † Quero
cum gl. quid eſt met'. Dicit quod eſt preſentis vel futuri pericu
li cauſa mortis trepidatio. ff. quod vi, aut clā. l. j. ⁊ dicit gl. aduer
tēdum, quia licet non ſit neceſſarium periculum de preſenti, opor
tet tamē metum eſſe de preſenti: quia nō ſufficit ſuſpicari metū.
15 ff. eod. l. metū. in princ. Et dicit metus, q: mentes ta. ¶ † Quero
que requirantur ex parte agētis vt ipſe obtineat. Inno. in rubri
ca dicit quod oportet quod interſit agentis: quia in actione qđ
met' cauſa, de dolo, ⁊ furti, agitur ad intereſſe. ff. quod met' cau
ſa. l. ſi cum excep. ſ. quadrupli. ⁊ ſ. iul. Si nullū eſt damnum: nul
la ſiet condemnatio: ⁊ pro tanto dictū eſt cōuentio actione qđ me
tus cauſa excipere. Una nō intereſt ratiōe dominij q̄ metum eſt.
Et dicit quod metū inferens habet probare ſe dominum: q: hec
probatio incūbit metum inferēti, cum doloſe poſſideat: ⁊ doloſa
poſſeſſio non iuuat iniuſte poſſidentem. C. de probatio. l. vis et'
⁊ l. libertis. ff. de liberali cauſa. ⁊ no. de ſeruis nō ordi. c. ſecūdo. fa
tetur tamē quod ſi intereſſet ratione poſſeſſionis poſſidētis, qđ
ad illam agere poſſit: et in eſtimatiōe veniet vt reſtituatur inter
eſſe: vel poſſeſſio ablata. Fatētur tamē quod ſi repellātur a reme
dio actionis quod metus cauſa, quod habet remediū contra me
tū inferentē, vel de vi, que datur criminaliter cōtra violēter eijciē
tem, ⁊ etiam remediū. l. extat. quod met' cauſa, que datur quādo
quis ſibi dicit ius in re ppria. ⁊ l. ſi quis in tantū. ff. de vi. ⁊ de fue
16 tis. l. creditori. ff. q̄ metus cauſa. l. ſed ⁊ partis. ¶ † Quid ſi reus
metū inferens non excipiat de dominio ſuo, ⁊ ſic rē reſtituat, po
terit ne agere rei vēdi. nō obſtante exceptione rei iudicate: quia li
cet eedē ſint perſone, ⁊ res, alia tamē eſt cauſa petendi: argu. ē. de
offi. deleg. c. cauſam. Sed ſi oppoſuiſſet exceptionē dominij, ⁊ ea
non obſtāte lata eſſet ſententia reſtitutionis pro actore, tunc poſ
ſet forte dici qđ obſtaret exceptio rei iudicate. ff. de compē. q̄ in
di. ⁊ no. ſ. de cauſa poſ. cum eccleſia. Sed videt qđ nō audiat me
tū inferēs, opponēs dominij exceptionem cōtra illum, a quo ha
buit metū. C. loca. l. ſi quis cōductiōis. vbi cōductor nō poteſt ee
ferre queſtionē dominij locatori. Sol. Ibi habet ab illo cām vo
luntariā, ſed metū inferēs nō habet cauſam a metū paſſo, ſaltē
voluntariam. Et hec ſunt verba Inno. ē. in rubrica.

1 ☞ Communicans coacte abſolute excommunicato non incidit
in excommunicationem.
2 Voluntarium duplex eſt.
3 Voluntarium, ⁊ inuolūtarium quid ſit, ⁊ quomodo conſidera
tur in quocunque actu.
4 Metus preciſus, ⁊ cauſatiu' quis ſit, ⁊ quis illorū ſit punibilis.
5 In peccato mortali vel non mortali attēditur, cauſa immediata
operationis hominis.
6 Excommunicato etiam minori cōmunicans peccat mortaliter.
7 Feminas intrare ſcholas maſculorū ſtudentiū inhoneſtum eſt.
8 Metus non attenuat culpam indiſtincte.
9 Communicans per metum excommunicato: ſi principium vo
luntatis abſit in communicante, quia iniquitati non conſentit,
quo ad Deum non eſt excommunicatus.
Iudicium Dei ⁊ eccleſie quando inter ſe diſcordant.
10 Metus licz excuſet a pena, non tñ excuſat a culpa.
11 Hoſpes recipiēs actus excōicatū, non incurrit excōicationem.
12 Metus: ſeu coactio abſoluta que ſit.
13 Coactio conditionalis que ſit.
14 Met', ſeu coactio an vbi cadit abſoluta, cadere videatur condi
tionaliter vel contra.
15 Metus vt annullet actum, dz intelligi de eo, qui cadit in cōſtan
tem virum, ⁊ an vanus metus attenuet penam quo ad Deum.
16 Excommunicato communicans quod excommunicationis pe
nam incurrat de qua communione debeat intelligi.
17 Excōicato cōicare ſcienter in caſibus non permiſſis: an ſit pec
catum mortale, vel ſi ignoranter an ſit peccatum veniale.

1 Sacris. ¶ † Excōicat' nō eſt, qui abſolute coa
ctus excōmunicato cōicat: ſecus ſi coactio
fuerit cōditionalis. In prima, deciſa cōſultatio. In ſecū
da diſtinguēs reſpōſio. Et primū mēbrū pſequitur ibi in primo.
Secundū ibi: in ſecūdo. ¶ Premitto qđ in operationib' huma
nis inter pncipia operationū eſt dare voluntarium, ⁊ inuolunta
riū. Volūtaria operatio eſt, cui' pncipiū mouēs organicas ptes
opatiōis eſt ab intra in opāte. Inuolūtaria opatio e, cui' pnci
piū mouēs organicas ptes eſt ab ex: vt qi captor ab authorita
te, vel preciſe cōpellor: ⁊ in hoc nō dicor agere, ſed pati: ⁊ huic nec
laus, nec vituperium, nec pena, nec premiū attribuitur. Si prin
cipiū eſt ab intra in hac laus, ⁊ vituperiū: ⁊ hoc conſiderant legiſ
2 latores. ¶ † Voluntariū eſt duplex: quoddā voluntariū ſimpli
citer, ⁊ hoc eſt, qñ principiū omnino eſt ab itra ante, ⁊ in tpe opā
di. Quoddā volūtariū quo ad quid, cuius pncipiū eſt ab itra ſe
cūdū tēpus opationis, aliqua precedente cā: qua ceſſante, homo
nō eliget operari: vt quādo ppter metū opatur: q: vult operari:
⁊ ſic pncipiū eſt ab intra, licet ceſſāte metu ſimplr nō eligeret ope
rari: hic, ⁊ in primo cōſiderat lator iuris, ſicut dicit Philoſoph'
in pncipio tertio Ethicorū, ſup quo eſt fundata decre. ¶ No. ex
decr. quod in operationib' humanis cōſiderātur duo principia
voluntariū, ⁊ inuoluntariū. Voluntariū eſt, cuius principiū mo
uens organicas partes operationis eſt ab intra in operāte: vt q:
nullo extrinſecus impellēte operatur ſolū: q: vult, ⁊ voluntas eſt
principiū extrinſecus: Et hoc cōſiderat legiſlator in pena: ⁊ pmo
in pena, ſi malū, vt hic: in premio, ſi bonū. ff. de iuſt. ⁊ iu. l. j. ¶ In
uolūtariū eſt cui' principiū eſt ab extra operātē: vt q: aliqua cā
preciſe impellēte operat: vt quando preciſe ab aliqua cauſa potē
te extrinſecus compellitur ceſſante principio intrinſece volunta
tis: ⁊ in hoc nō dicit agere, ſed pati: ⁊ in hoc nec laus, nec vitupe
riū attribuit, nec punibile, nec ēt premiabile exiſtit: ⁊ dign' eſt ve
nia in male operatis, vt hic patet. Voluntariū eſt duplex: quod
dā ſimpliciter voluntariū: ⁊ de hoc dictū eſt. Quoddam volunta
4 rium non omni tpe, vt ē. ¶ † Ex quo not. qđ quidā eſt met' pre
ciſus omnino impellēs hoīs operationē ſine aliquo pncipio vo
lūtatis annexo in operāte: ⁊ hic venia dignus, ⁊ non punibilis.
Quidā eſt met' cauſatiu' ſe habēdo vt cā primaria ad ipulſum
volūtatis, ⁊ ſic in operatione minoris principium volūtatis in
operante: ⁊ hoc punibile: ſed quia non omnino principium eſt in
operāte operatio in tantum non adſcribitur operanti ſic, q̄ mali
5 quo alleuiatur pena. ¶ † No. q̄ in ponderando peccato mortali:
vel nō mortali, attēditur cā immediata opationis hoīs: vt ſi ſecū
dū tpe operationis principiū mouēs malū ſit omnino ab intra,
vel ſaltem ſecūdū tempus operationis, ibi detur peccatū, non at
tēta cauſa extrinſecus, ⁊ mediate principium volūtatis mouēte:
⁊ ſic in conſiderando adeſſe peccati, vel defectu, attēditur adiūſtē
tia principij voluntatis operationē mouentis ab intra operantē
vel defectus in ponderanda quantitate peccati quo ad penā au
gendam, vel attendendā attenditur, an voluntaria ſit ſimpliciter
opatio, an volūtaria ſecundum tempus operationis impulſiua
ab aliquo principio extrinſecus mouēte. ¶ Nota magis ad corti
cē, qđ met' preciſus nō cōicat, adeo excuſat cōicantē excōicato: ſz
cōditionalis, hoc eſt, habens annexā volūtatē opanti, ſic. ¶ Se
cūdo, q̄ laus, ⁊ vituperiū in operatiōib' cōſiſtit in agere, nō in pa
ti. ¶ Tertio, qđ metus conditionalis nō excludit peccatū: ſed q:
voluntas nō olo eſt libera attenuat penā. ¶ Quarto, q̄ cōicans
excōicato icurrit mortale pctm̄. ¶ Quito, q̄ excōicatio minor ſer
6 tur a iure pro mortali. † No. q̄ cōicans excōicato minori peccet
7 mortaliter. † Io. An. cōmentauit decre. iſtā in reuerentiā diie ſue
Milācie, dñā, ⁊ humani generis ſocia, que audiuit decre. iſtā ſub
quodā domino Lōgobardo Theutonico, cū illā in ſcholis ſuis
repeteret, ſi fas eſſet dicere de tāto viro, ſicut fuit Io. And. inho
neſtū fuit feminā ſcholas intrare ſcholariū, ⁊ plus indecēs, quod
8 in femine memoria decre. cōmentetur. † Oppo. pmo quod me
tus nō attenuet culpā. de cōſec. di. iiij. c. eos. q vbi parificat reba
ptizatū ſponte: vel per metū: vt. c. quiſquis. xj. q. iij. c. quos alle. in
glo. vbi in teſte parificat tacere veritatē ſpōte, vel per metū. Sol.
Metus cōditionalis ibi interuenit impellēs veritatē: hic fuit me
tus abſolutus, ⁊ ſic cōcor. Per q̄ cōcluditur, quod metus con
ditionalis nō excuſat a pena excōicatiōis, vt hic. nec ab irregula
ritate rebaptizatiōis: vt in. c. eos. c. nec a piurio. vt in. c. quiſquis.
Attenuat tamē culpā, ſi met' eſt iuſt', qui cadat in conſtantē, ſe
9 cundū Io. An. † Scdo ob. xj. q. iij. c. pdeceſſor. qđ alleg. pe. gloſ.

glo. dicit

glo. dicit id inductū a canone ꝛ in animarum ſalutē. dic, cōmuniſ caſus p metū habens annexū pncipiū voluntatis in cōicante, ſecundū temp⁹ operationis, bene incurrit. vt hic ſed ſi pncipiū voluntatis abſit in cōicante, q̄a iniquitati nō cōſentit: ꝛ tūc quo ad deū nō eſt excōmunicatus: quo ad eccleſiā eſt excōmunicat⁹ minor: ꝛ ſic diſcordant iudicium dei, ꝛ eccleſie. de ſen. excōmu. a nobis. ¶ Tertio obſtat qḋ licet principiū mouens voluntatē ſit ab extra, nihilominus cōicans nō ſit excōmunicat⁹, dato qḋ habeat annexā voluntatē. xi. q. iij. c. quoniā. de ſen. excōmu. inter. ꝛ c. ſi vero. de iudic. intelleximus. Sicut ergo ibi neceſſitas vite vel rerū ſeruandarū excuſat, ꝛ neceſſitas vite contra famē excuſat: quare nō neceſſitas vite ſeruande contra gladiū? et ſi neceſſitas recuperandi quod meum eſt, vel mihi debet, excuſat: quare non neceſſitas vite? dicit Jo. and. quod ſi intelligerem⁹ hanc decre. de excōmunicatione maiori cauſata a cōione, ceſſarent iſta cōtraria. Sol. illud ſpeciale inductū eſt a iure, ideo nō eſt trahendum ad conſequentiā. de reg. iur. quod a iure. et quod dicit̄ de repetitione debiti, ſit in odiū excōmunicati. dic tu quod in cōtrarijs excuſatur: q2 pncipium mouēs mortem eſſet ab intra. ſi perire ſe faceret morte ideo minus malū debet eligere in ſe, ſ. quod poti⁹ cōicet, q̄ qḋ faciat ſe mori. xiij. di. per totū. ſed pncipiū mouens mortē in metu ſi nō cōicaret, eſſet ab extra: ꝛ in hoc nō diceret̄ agere. ſꝫ pati: ideo melius eſt qḋ eligat mori p aliū, ꝛ nō peccet, ſed ali⁹, q̄ qḋ ipſe peccet, ꝛ ſic ipſe et ne loquitur hic. poteris etiam hic ponere oppoſi-

10 tionē, quā habes in alio. ¶ Quarto opp. de decre. ſignificauit. j. de ſenten. excō. vbi met⁹ excuſat a pena excōicationis. Solu. metus excuſat a pena, vt ibi, nō a culpa, vt hic: quia licet papa poſſit quē a ſua ſententia eximere, p hoc nō eximit a culpā, nec tribuit licētiā peccādi. xi. q. iij. qm̄. hec ſolutio nō eſt bona: q2 nec hic eximit a pena. Solu. ſecūdo qḋ met⁹ excuſat a qualitate excōicationis, q̄ quo ad p abſolutione teneat̄ ad ſedē apl̄icam: q2 in illa requiritur omnino voluntaria opatio habens principium immediate ab intra nō p hoc negat quin cōicans incurrat excōicationis ſen-

11 tentiā de qua hic. ¶ Quinto obſtat quedā decret. de immu. eccle. c. qm̄. §. ſi vero. q̄ hodie nō habet̄, ſed erat in ſecunda cōpilatione: et ibi dicebat̄ qḋ coactus recipiēs ad hoſpitiū excōicatū, excōmunicationē nō incurrebat, vel dicit̄ qḋ ſi a domino, vel aliquo potente vis fuiſſet illata excōicato, ipſe hoſpes reus nō erit. Sol. ſupplebat ipſe. Laur. ꝛ antiq hoſpes, ſ. tantū: vel loquit̄ de coactione abſoluta: vel forte ꝑpter hoc fuit remotū, q2 cōtradicebat

12 huic textui. ¶ Ad queſtiōes primo, q̄ ſit abſoluta coactio, id eſt vis, ꝛ q̄ cōditionalis, ꝛ ipſoꝝ exempla dic p meliora verba q̄ dicat Jo. an. abſoluta coactio eſt, cui⁹ pncipiū eſt extra operantem nō annexa, ſed totaliter excluſa voluntate operantis: ꝛ ſit p manuū iniectionē, vel detētionē. exemplū, ſi inuit⁹ trahar̄ in eccleſiā ad audiendā miſſam excōicati, vel cū excōmunicatis ibi audientibus: vel ibi exiſtēs detineor inuit⁹, nec pmittor exire, vel bapti-

13 zo iudeū inuitum. ¶ Conditionalis eſt, cuius principium impellens ab extra ante tēpus operationis, ſed ſecundū tempus operationis eſt ab intra in operante: q2 ꝑpter aliquod precedens mouetur ad volendū: ſicut q pro alleuianda naui eijcit merces de naui: hic ſimpliciter nō vult: ſed p̄cedente cauſa impellente: hoc eſt, periculo, p tunc vult, vt peius euitet. ita dicit philoſoph⁹ in principio ethicoꝝ vel ſi timens mortē, vel membroꝝ truncationē, rerū cōfiſcationē, vel quid ſimile, aliquid ago et hoc eſt, qḋ dicunt iura coacta voluntas, volūtas eſt. xv. q. i. merito. q2 vult, data hac cauſa. ſꝫ illa ceſſante ſimpliciter illud non eligeret. et hoc poteſt dici voluntariū, nō ſimpliciter, vt dicit philoſoph⁹ in preallegato loco: ꝛ in talib⁹ cōditionalib⁹ pena in illicitis debet̄, ꝛ adſcribit̄ culpa: in illicitis nō dat̄ meritū: tamen recipit̄ character in ſacramētalib⁹: vt in c. maiores. de baptiſmo. vbi etiā no. an conditiona-

14 liter coactus ad ſacrū ordinē continēte cogatur. ¶ Secundo quero an vbi cadit abſoluta coactio, cadat cōditionalis, vel econuerſo. dic qḋ vbi cadit abſoluta, cadat ꝛ cōditionalis: ſed non cōuertitur. hinc eſt quod in emiſſione verbi nō poſſit interuenire coactio abſoluta, vnde ad iuramentū verbale nō poſſet quis cogi p̄ciſe, ad actuale ſic, ſcilicet ponere manū ſuper librum. de iureiuran. verū, ꝛ quod ibi nota. Item in verbali deſponſatione nō poſſet interuenire abſoluta coactio, ſꝫ ſic conditionalis: ſꝫ in actuali per amplexū ſic. Item abſoluta coactio coniunctionis ſexuum caderet in mulierem, ꝛ nō in virū: vt not. de ſponſa. i. q̄ quī. c. non ne-

15 gat quin per ſodomiā vir abſolute poſſet ſtuprari ¶ Tertio de quo metu intelligatur hic quidā quod de vano. dic quod etiā loquitur de illo, qui cadere poſſet in cōſtantē. ad hoc ibi in tex. pro metu nullo, Sed an vanus attenuet apud deū. nō dubiū quin attenuet, licet nō in tantum ſicut iuſtus metus: quia minus contemnit, ꝛ ſic min⁹ peccat. xi. diſtin. homo chriſtian⁹. de iureiuran.

16 cū quidā. ¶ Quarto de qua cōmunione hic loquatur, an de illa, que inducit minorē tantū, que ſit in oratione, conuiuio, ꝛ ſimilibus: an de illa, que ſit in crimine cū excōmunicato, vel cū participibus. dicit Innocen. quoſdā intelligere de ſecunda: ꝛ ſic intelligunt de illa q̄ ſit in crimine dic quod intelligit̄ de prima, ꝛ ſic cōmuniter ſolet itelligi, licet fortiter obſtet quod dixi in prima opi.

17 ¶ Quero an ſcienter cōmunicare excōmunicato in caſib⁹ nō pmiſſis ſit peccatū mortale hic eſt expreſſum quod ſic. ad idē. xi. q. iij. rogo. ad idē de except. exceptionem. ꝛ c. pia. li. vi. Ad idē tertio. de ſen. excō. c. ſi. ad hoc de ſen. excō. ſtatuim⁹. lib. vi. Item qꝛ talis cōio eſt a iure ꝓhibita: ergo cōtrauenieus peccat mortale. de maio. ꝛ obe. c. primo. ibi morte moriat̄. pro hoc. iiij. diſt. ad ſi. vbi dicitur quod faciens contra precepta canonū deponit̄ quod etiā notat gloſ. in c. generali. in verbo. inhibem⁹. de elec. lib. vi. que depoſitio defertur tantū p mortali ad hec, quia hec cōio deſcribit̄ ſub nomine criminis. xi. q. iij. q merito, ꝛ crimen eſt grande peccatum. lxxxi. diſ. c. i. ad hec ad corinthios. v. ibi auferte malū de vobis. xlj. di. ſed illud. n. q. i. multi. Jo. and. recitans opi. multorū tenet quod cōicare excōicato regulariter ſit veniale. niſi in caſibus. ¶ Primus, quando id facit in contemptū clauiū. ¶ Secund⁹, quando id facit in contemptū ſuperioris. ¶ Terti⁹: quando in crimine. vt in c. concubine. j. de ſen. excom. ¶ Quart⁹, quando ille excōicat⁹ erat cū participib⁹ per eum, qui hodie poteſt, ſ. p. papam: vt in. c. ſtatuim⁹. de ſen. excō. lib. vi. et hic poſſet icludi ſub ſecundo ¶ Quint⁹ quando in diuinis cōicat, ꝛ precipuē in caſu decre. ſignificauit. de ſen. excom. ¶ Sext⁹, qñ nimis frequēter. argu. xxv. di. §. criminis. alś eſſet hic magn⁹ rigor, qḋ ſi excōicatis cū in via occurro, ſaluto, qḋ ex hoc pecceꝫ mortali: vel p cōem formā amicū antiquū in cōuiuio nō euito, vt p hoc ſim dign⁹ gehēna infernalis, quā inducit mortale: ꝛ ſic erit veniale. cū veniat potiꝰ ob feruorē charitatis: vt no. in ſalutatione. vj. in vltima glo. et ſic intelligit decre. in quatuor caſib⁹ predictis: ꝛ ſic intelligit iura ſ. allegata. ad iura contraria faciliter reſpondetur. et hanc opi. ſequitur frater Thomas ſuper quarto ſniarum, vt recitat archid. xi. q. iij. rogo. vnde dicit Frāā. de Zab. qḋ ſi quis ex ꝓpoſito, ſemper peccat mortaliter, ſecus ſi ex quandā facilitate, vt tranſeundo per viam, cuꝫ de cōſuetudine habes ſalutare notoꝝ ſi excōicatus occurrat, ꝛ ex illa facilitate ſalutes quod nō ꝓpter feciſti contra canones, ſed potius ex quodam motu ꝓprio: tamen q2 bonarum mentium eſt ibi culpāꝫ timere, ꝛc. eſt poti⁹ interpretanduꝫ quod ſit mortale et hec opinio eſt fauorabilior anime excōicati. vt citius corrigat̄, ꝛ anime cōicātis, vt vehemētius abſtineat: ꝛ ſi nō abſtinet, vehementius peniteat, ad hoc vt cenſura eccleſiaſtica ſit in maiori reuerentia ad hec ſupra de conſuetudi. cum inter ꝛc.

1 Metu paſſo nō ſubuenitur, ſi met⁹ fuit talis, q cadere non debuit in virum conſtantem.

2 Canonici poſſunt ſe obligare ſup nō impediēda ſubiectiōe ſue eccleſie, vel vnione, cū viuere non poſſunt.

3 Prelatus lꝫ nō poſſit eccleſiam ſuā obligare ad partē duriorē, ꝛ ſtatū. poſſunt tamen omes canonici vniuerſaliter ſe obligare, ꝛ eccleſiam ad duriorem ſtatum.

Eccleſie p̄iudicat factum totius collegij.

4 Canonici licet non poſſint immutare ſtatum eccleſie ſue poſſunt tamen ſe perſonaliter obligare ad ſtrictiorꝫ regule obſeruantiam ad eorum preiudicium, ſed non epiſcopi ſine illius licentia. nume. ro. 7.

5 Metus mortis, ꝛ corporis cruciatus dicitur cadere in virum cōſtantem.

6 Dolus vt vitiet acta, requiritur qḋ ſit magne callicitatis, ꝛ dās cām cōtractui nō vitiat in ſpiritualibus.

8 Epiſcopus poteſt p ſuperiorem compelli vt cōſentiat obligationi p canonicos facte ad ſtrictiorē regulā, vbi de ſuo p̄iudicio nō agitur, ſi cōſentire recuſat ſine cauſa.

9 Canonici poſſunt ſine cōſenſu dioceſani, ꝛ olim cōcanonicoꝝ, ſe ad ſtrictiorem regulam obligare, qñ agitur de antiquo ſtatu reformādo.

10 Juramentum non in ſalutis eterne ꝛ corporalis preiudiciū vergens, eſt ſeruandum.

11 Omnis violentia non eſt ſufficiens ad cauſandū actionē qḋ metus cauſa, ſed ſola continens mortis metum.

12 Metus ſententie excommunicationis non eſt iuſtus timor, vbi excommunicatio eſt iuſta. Secus ergo ſi ſit iniuſta. nu. 13.

14 Metus alius, q̄ corporis cruciatus, qñ cauſat actionem quod metus cauſa.

In metu arbitrando relinquitur iudicis arbitrio, attenta perſonarum qualitate. nu. ſeq.

15 Metus leuior pōt iudicari cadere in conſtantem virum quo ad feminam propter fragilitatem.

16 Metus cuiuſlibet pretextu an et qñ detur actio qḋ metus cauſa ꝛc.

17 Judex non dicitur inferre metum, ſed bene iniuriam.

18 Dolus in ſpiritualibus non viciat geſtum propter cõſenſum.
Fallit in tẽporalibus, vbi etiam dat cauſam contractui, viciat cõ
tractum. nu. 19.
20 Dolus, licet nõ ſit magnus, eſt puniendus in penam doloſi, ſed
nõ in cõmodum fatui.
21 Dolus dolo compenſatur, ſic et culpa culpe.
22 Dolus nõ preponderat culpe late, ſed bene leui, in his etiã, in qui
bus ad bonum.
23 Reſtitutionis remedium an habeat locum in ſpiritualibus, vbi
quis dicit ſe per metum profeſſum religionem, vel ſtrictiorem re
gulam elegiſſe.
24 Reſtitutionis remedium impetranti quo iure in ſpũalibus im
ponatur ſilentium.

1 CUm dilectus. ¶ † Metum paſſo nõ
ſubuenitur, ſi metus fuit
talis, q̃ nõ debuit cadere ĩ cõſtantẽ virũ. h. d. primo pre
mittit diffinitionis cauſam, ſoluit obſtantia, et diffi
nit. Secunda ibi: nõ obſtante, tertia ibi: ſup. ¶ No. p̃mo q̃d votũ
2 totius collegij, et factũ obligat monaſteriũ. ¶ † No. ſecundo q̃d
canonici ſe poſſunt obligare ſuper non impedienda ſubiectione
ſue eccleſie, vel vnione: ipſi tamẽ vnire nõ poſſunt. de quo in gloſſ.
3 j. ¶ † Tertio not. quod licet prelatus non poſſit obligare eccle
ſiã ad duriorẽ ſtatũ, poſſunt tñ canonici omes vniuerſalr̃ ſe obli
gare, et eccleſiam ad duriorẽ ſtatũ eccleſie: et ſic lʒ factũ prelati nõ
p̃iudicet eccleſie, p̃iudicat tamen factũ totiꝰ collegij. facit q̃d not.
4 i. c. cũ dilectus. de ordi. cog. et ibi bona glo. ¶ † No. ſecundũ gloſ.
quod licet canonici nõ poſſint immutare ſtatũ ſue eccleſie, poſſũt
tamen ſe obligare perſonaliter ad obſeruantiã ſtrictioris regule
et hoc ſecundũ vnam ſol. glo. ¶ No. quinto quod nõ debet aperi
ri via periurij: et q̃ iuramentũ eſt ſeruandũ, quod non vergit in
preiudiciũ ſalutis eterne. ¶ Nota ſexto quod geſta metu, qui nõ
5 cadit in conſtantẽ, propter metum non irritantur. ¶ † Not. ſepti
mo quis metus cadat in cõſtantẽ, ſ. metꝰ mortis, et corporis cru
6 ciatus. ¶ † No. octauo quod vt geſta retractẽt̃ propter dolum,
oportet dolũ eſſe magne calliditatis nõ autem ſufficit dolus qui
caderet in ſupinum, et non ſapientem. ſicut ergo requiritur in me
tu, qui cadere poſſit in conſtantẽ, ita requiritur in dolo quod ca
dere poſſit in ſapientẽ, quod eſt notandum. ¶ Nota nono quod
iura ponderant geſtus hominũ voluntarios, vel inuoluntarios,
per reſpectũ ad virtuoſos, nõ p̃ reſpectũ ad vitioſos, et in virtu
te defectiuos: vnde nõ ponderãt inuoluntarie geſtum ab inſipien
te, q̃ voluntarie geſtũ eſſet a ſapiente. ¶ No. glo. q̃d dolus dans
cauſam cõtractui in ſpiritualibus non viciat ꝯctũ. ſecundum ali
quos ſʒ hic nõ fuit iuſtus dolus, vnde nõ tollit̃. ¶ Not. quod do
lus cũ lata culpa cõpenſat̃: et quod dicit̃, dolũ culpe preponderare:
verũ in leui, nõ in lata. de quo in gl. vos habetis hic quinq̃ gl. q̃
examinant capitulũ: habetis quinq̃ paſſus et articulos. Pri
mo p̃ſupponitur. ſ. canonicos poſſe. ſe aſtringere duriori regule
ſine licẽtia dioceſani, et ſe obligare ad nõ cõtradicendũ ſubiectio
ni. ¶ Secundũ, quod iuramentũ, quod nõ vergit in p̃iudicium
ſalutis eterne eſt obſeruandũ. ¶ Tertiũ, quod nõ omnis violen
tia, ſed ſolius mortis, et cruciatus corporis, eſt ſufficiens metꝰ ad
geſtũ retractandũ. ¶ Quartum, q̃ dolus in ſpiritualibus nõ vi
tiat geſtũ. ¶ Quintũ, ſubiectum metu intentare poſſe reſtitu
7 tionem. ¶ † Ad primũ vr̃ cum glo. j. quod canonici nõ poſſunt
ſe aut eccleſiam ſubijcere alteri ſine cõſenſu ſuperioris: vt p̃bat̃. j. de
excel. prela. ſicut vnire. Solu. dicit glo. prima quod ſubijcere ſe
poſſunt ad preiudiciũ ſuũ, ſed nõ epiſcopi. de don. inter dilectos.
vnde ibi ep̃s tenebat iura ep̃alia, ſicut cõſueuit. de religio. do. inter
mona. iſta ſolu. nõ placet glo. cũ eccleſiaʒ non ſubijcerint: ſʒ duo
fecerunt. ſ. que ſe obligauerunt p̃ſonalr̃ ſeruare regulã illorum: et
hoc potuerunt. ¶ Secũdo ſe obligarunt nõ cõtradicere ſubijci
enti, qui haberet ad hoc poteſtatẽ: et hoc etiã potuerunt, quia nõ
elegerunt ſubijcere, quod facere per ſe nõ poſſent. ſʒ per epiſcopũ
cũ conſenſu capituli, quem cõſenſum dicit hic Goff. interueniſſe.
8 ¶ † Inno. dicit plus, quod ſi ep̃s cõſentire recuſaret, ſi ſine cauſa
vt q̃a de eius preiudicio nõ ageretur, quod compelli poſſet p̃ ſu
9 periorẽ, vt cõſentiret. j. de iur. patro. nullus. cum ſimi. ¶ † In glo.
j. ibi: perſonaliter obligauerũt, nam ſecundũ Inno. poterãt ſe ad
ſtringere ad duriorẽ regulã. de regula. licet q̃d fatet̃ Hoſt. ſi hoc
fecerunt ſinguli, et p̃ſonalr̃: ſed remanẽdo in loco, nõ potuerunt ſe
adſtringere ſtrictiori regule, nec de loco ad illã transferre ſine licen
tia dioceſani: q̃a hoc eſſet immutare ſtatũ eccleſie. de eccle. edifi.
ad audiẽtiã. ij. de re. ecc. nõ alie. c. poſſeſſionẽ. de reli. do. inter qua
tuor. eo. titu. c. vno. lib. vj. et dicit hoc caſu requiri omnium cõſenſum
de reg. iur. q̃ omnes. de reg. ſup eo. ſecũdũ Hoſt. vnde licet quo ad
eos teneat obligatio, vt hic, nõ quo ad preiudiciũ ſuperioris ad q̃d
j. de reſtitu. ſpol. olim. j. et quãtum Hoſt. exigit cõſenſum omniũ
hoc verũ, ſi agunt auſteriorẽ ſtatũ inducere de nouo: ſecus ſi agũt
antiquum reformare, q̃a tunc ſtat̃ maiori parti vt no. de regu. ſu
per eo. per Inn. Inn. dicit quod potuerũt profiteri ordinẽ Ciſter
cien. quia tranſibant ad duriorẽ regulã. de regu. licet. hoc fatetur
Hoſtien. q̃ vt ſinguli, et perſonaliter hoc potuerunt: ſed remanen
do in loco, et in prima eccleſia, nõ potuerũt ſe adſtringere arcti
ori regule, nec ſe, et locũ ad illã transferre, ſine licentia dioceſani:
q̃a hoc eſt immutare ſtatũ eccleſie. de eccle. edifi. ad audientiã. de
re. eccle. nõ alienan. poſſeſſiones. de reli. do. inter quatuor. eodẽ ti.
c. vno. lib. vj. et dicit quod hoc caſu requiratur omniũ cõſenſus. de
reg. iur. quod omnes. de regula. ſup eo. alr̃ eniꝰ monachi cõtradi
ctio in tali tranſlatione facienda eam viciaret. p̃ hoc regula, iuris
cõmuni. lib. vj. quod eſt verũ, quando agit̃ mutari ſtatꝰ, vel regu
la. ſed ſi ex ſtatutis agit̃ ſtatus auſterior induci in formando anti
quũ ſtatũ, ſtat̃ maiori parti. dicit Io. de regu. ſup eo. et ibi In
10 noc. et hoc de primo. ¶ † Ad ſecundũ. q̃d iuramẽtũ nõ vergens
in preiudiciũ ſalutis eterne ſit obſeruandũ: q̃d ſi vergat ĩ preiudi
ciũ ſalutis corporalis. glo. ſequens quod idẽ. xxij. q. iiij. ſ. vltimo.
j. de iureiuran. verũ. idem ſi non tendat omnino in preiudicium
ſalutis eterne, ſed tendat in deteriorem exitum: quia tantum non
obſeruatũ inducit veniale. de pactis. capi. quãuis. libro. vi. notat
11 Ioan. andre. in nouella q̃d menti tene. ¶ † Ad tertiũ, quod non
omnis violentia, ſed ſola continens metũ mortis, et cruciatũ cor
poris, ſufficiens eſt ad cauſandam actionem quod metus cauſa.
¶ Pro declaratione facti in textu q̃ro qualis fuerit hec violen
tia, dicit q̃d forte fuit quedam violentia verboſa, et verba ſemp nõ
ſufficiunt ad metũ. ff. q̃d metus cauſa. l. metũ. vel forte minabat̃
eis excõmunicationem hic nõ eſt iuſtꝰ timor, cũ ſit medicinalis.
12 ij. q. i. multi ¶ † No. gl. q̃d metus ſententie excõmunicationis
13 non eſt iuſtus timor. ¶ † Glo. not. contra de reſtitu. ſpol. olim.
iij. et id verius, ſcdm Hoſtien. quia continet nedũ corporis, ſʒ etiã
anime detrimentũ. ij. q. i. cap. de manifeſta. Nec obſtat q̃d eſt me
dicina: quia id verũ, cum ſubeſt cauſa, vel propter bonũ obedien
tie: alr̃ quandoq̃ plus aufert, q̃ affert. vnde ſi pauperẽ preſbyte
rum de cuiꝰ promotione ſpes eſt ep̃s cõmuniter excõmunicare,
niſi det decẽ, certe iuſte timebit. Io. and. tenet gl. hic, quando ſen
tentia excommunicationis eſt iuſta: et tunc ſibi imputet, q̃a ſe ta
lem reddit: quia hic metus eſt iuris, et culpa precedit ff. q̃d me. cã.
l. ſi mulier. ij. ſed ſi ſententia eſt iniuſta, tunc timor eſt legitimus: et
ſic procedit gloſ. contraria. ad hoc. C. de apoſta. l. hi. qui ſanctuʒ.
quia grauis eſt pena eſſe inter homines, et hominũ carere cõmer
cio. et hoc inducit hic iſta excõmunicatio: ergo fuit excõicatiõis
eſt timor grauis pene. Ad idem. j. de ſen. excõmu. ſacro. ibi: cũ nõ
14 leuis ſit pena, tantã inſonti infligere penã. ¶ † Secundo oppo.
cũ alia glo. contra iſtũ articulũ, et videt̃ q̃d alꝰ metus, q̃ corporis
cruciatus, cauſat actionẽ. q̃d metꝰ cã. xvij. diſt. fuerunt. vbi metꝰ
verbor̃ excuſat metus rerũ. ij. c. abbas. metꝰ libertatis reuocãdo,
ff. quarum rerũ act nõ. da. l. i. ſ. que onerande. metꝰ iudicis. ij. q. ij.
in primis. metꝰ potentis. C. e. ti. l. pe. metꝰ ſtatus, et honoris, vel
ſui ipſiꝰ, vel filior̃, metꝰ ſtupri. ff. e. l. iſti quidẽ. quid plus. q̃nq̃ ſu
ſpitio metus. ff. loca. habitatores. Solu. dicit glo. q̃d in arbitran
do metu, hoc relinquit̃ arbitrio iudicis, attẽta qualitate p̃ſonarũ
et facti. idẽ tenent hic docto. et idem dicunt de metu perdende ſpei
15 p̃motionis de inſtitu. cuʒ veniſſent. vbi ipſi notant. ¶ † No. ar
chi. xv. q. vj. c. i. Attendenda tamen eſt qualitas p̃ſone: q̃a leuior
metꝰ iudicabit̃ cadere in cõſtantẽ quo ad feminã, q̃ eſt fragilior,
quã quo ad hominem: vt no. glo. de ſpon. cũ locũ. ¶ Not hoſt. in
ſumma. de matrimonijs. ſ. qualiter. ver. ſupradicto. vide gl. xxx.
16 ij. q̃d. vij. indignanter. ¶ † Quero cũ ea. gloſ. an perpetuo cuilibet
bet metꝰ det̃ actio quod metꝰ cauſa. dicit gl. q̃d ſi metus cadit in
cõſtãtẽ, dabit̃: alr̃ nõ. ſed vbi minorem metus q̃s eſt paſſus, dabit̃
iudicis officium. ff. eo. nõ eſt veriſimile, vel p̃uidebit̃ p̃ cõſtitutio
nes p̃ncipũ. C. eo. l. pe. vel reſponſa prudentũ. ff. de var. et extraor
17 di. cog. medicus. ¶ † Cum ea. gloſſ. an iudex dicat̃ inferre metuʒ
glo. quod non, ſed iniuriã. ff. ad legẽ aqui. l. quemadmodũ. ſ. ma
giſtratꝰ. ¶ Expedita eſt gloſſ. nec metuʒ mortis. vſq̃ ad verſicu.
18 et nota illã expediãt cum vltim. parte. ¶ † Ad quartũ videt̃ hic
19 quod dolus in ſpiritualibꝰ nõ vitiet geſtum. ¶ † Oppono. ff. de
dolo. l. eleganter. vbi ſi dolus dat cauſam cõtractui, nõ valet con
tractus. Solu. dicit glo. ſequens contrariũ in tẽporalibus, in ſpi
ritualibus, in quibꝰ licet dolꝰ dat cauſaʒ contractui ex quo tamẽ
conſenſit: nõ ſubuenit̃ dolum paſſo. xx. q. iij. cõſtituit. idem in ma
trimonio. j. de cõuer. cõiu. ex parte. ij. c. veniens. in fi. aſſignat glo.
rationẽ in. c. dudum. j. de conuerſa. coniu. quia talis dolus in ſpi
ritualibus nõ eſt dolus malus, ſed bonꝰ, inquantum bonum ſua
det, et pro tãto valet: et ideo nõ viciat, q̃ quod tu cõtrahas matri
moniũ, hoc eſt bonum: et q̃ tu te obliges ſtrictiori religioni. hic do
lus eſt bonꝰ. quod not. inquantũ autem non ſuaderet bonum et
preiudicaret iuri alterius, dolꝰ inficeret, ſicut in temporalibꝰ. ſed
hec ſolutio nõ eſt bona ad tex. et p̃ tãto dicit quod lex. elegãter p̃
cedit in dolo cadente in ſapientem, et qui communiter diligentes
decepiſſet: hic loquit̃ in dolo, qui diligentem non decepiſſet, ſed
ſupinũ et fatuum: vt quia forte promittebatur inueni a motio ſti
nulorum

maloꝝ carnis: vel aliquid contra ius naturale, ciuile vel poſiti
uum: vel contra regulam, conſtitutionis ordinis. de conuer. cōiu
ga. dudum. Unde in his, licet aliquando promiſſio infringi poſ
ſit, non tamen infringitur iuramentum. Sed ſi eſſet talis dolus,
qui peritiſſimos falleret, tunc iuramentum ſuperioris authoritate
remitti poſſet: quia fraus, et dolus, ec. de reſcr. ſpo. ex tenore. ſm
Jo. An. hic apoſtillauit vltimo anno vſq; ad. ſ. ſed opp. ¶ Di
cit igitur glo. quod ideo non obſtat dolus: quia in ſpiritualibus,
quanquam legitimus, hec non eſt bona ad tex. quia tex. ibi vide
tur ponderaſſe dolum in legitimum. ¶ Alij ſunt in opi. quod i
deo nō valuerit, nō quia in re ſpirituali, ſed ſolū ex eo, quod dolus e
rat, ſapiens ex parte illius, cui inferebatur: quia toſte promittebat
aliquid ſupra curſum interiorum carnarum, promittebatur mane
in amore ſtimulorum carnis, vel aliud, quod eſt contra ius na
turale, vel ciuile, vel poſitiuum, vel contra conſtitutionem, vel re
gulā alicuius ordinis: quia dixerunt quod poſſent ibi vti eis car
nibus, vel vti veſtibus, quibus vellent. de conuer. cōiug. dudum.
Eundem dicimus vero, quamq; promiſſio ſed infringi poſſit tali dolo ex
torta, iuramentum tamen non infringitur. Sed ſi eſſet talis do
lus, qui peritiſſimos falleret, ſicut in facto alieno, quod de facili
cognoſci non poſſit, decipiatur, tunc iuramentum authoritate
ſuperioris remitti poſſet: quia fraus, et dolus, ec. de reſcrip. ex te
nore. cōcludēs quod ſicut metus nō cadēs in conſtantem, nō ex
20 cuſat, ita neq; dolus nō cadens in ſapientem. ¶ † Sed opp. et vi
det quod dolus ſit puniēdus, licet nō ſit magnus: quia ſemper dolus
21 ſit puniēdus. † Itē dolus prepōderat culpe: ſed ſtultū eſt in lata:
igitur, ec. So. Puniēdus eſt in penā dolo ſi, ſed nō ad cōmodū
fatui: quod eſſet, ſi remitteretur ſibi iuramentū: imo iniquum eſt quod ſi
cut dolus dolo compenſatur. l. ſi duo. ff. de dolo. et culpa. cum cul
pa. l. ſi ambo. ff. de cop. et a. ff. de eo, per quē factū erit. l. ſi. ita do
22 lus eā fatuitate, que eſt culpa lata. ¶ † Ex hac gl. ſubſequenter colli
git quod dolus nō preponderat culpe. Cōtra quod opp. tex. ad l. Aqu.
l. ité Mela. in prin. et nō ſoluit. Habet ſo. ex premiſſis: quia in his,
in quibus ad bonū nō prepōderat, vt hic, vel dolus nō prepōde
rat culpe late, vt hic, ſed bene leui. Et no. iſtā limitationē ad illa
23 iura. ¶ † Ultimo querit glo. an in ſpiritualibus habeat locū re
ſtitutio. Gloſſ. hic quod no, vt hic patet. Aſſignat rationē: quia
nō videtur decipi, qui inchoīe vitā elegerit. Contra quod oppo.
infra. titulo proximo. ex literis, ſed ibi non reſtituitur ſuper ma
tri, ſed ſup abſentis, quia fuit abſens: vt in ſpiritualib9. ubi quis
eſt decept9, reſtituit: als nō. De hoc plenius. j. de reſti. ſpo. c. per
te. M. et de voto. ſcripture, et de reg. cū inter. per Hoſti. Dicit er
go hic gl. quod hic agebatur petitorio. Alij quod agebatur poſſeſ
ſorio: et petebāt ſe reſtitui in ſtatū priſtinū. Pe. et Ab. alij quod a
ctione quod met9 cauſa. ff. de dolo. arbitrio. §. j. ſm Inn. Gio. a. ſen
tit quod agebatur cōdictione ex canone, reintegranda. etiā quādo
dolo, vel metu. ec. Dicit Hoſti. quod iudicis officiū implorabāt: vel
24 ſimpliciter proponebāt. de iudi. dilecti. ¶ † Ultimo quero quo iu
re imponatur ſilentiū predictis. Dic triplici cau. Prima, quia iu
rauerat. Secūda, quia metus allegatus nō fuit probabilis. Tertia,
quia dolus bonus, et eis fauorabilis erat, ec.

1 ☞ Uiolentia probata per teſtes, res amiſſe, et eorum eſtimatio
per iuramentum probantur.
2 Iuramentū actori defertur quiq; in defectum totalis probationis
ſuper eſtimatione rerum violenter amiſſarum. 4.
3 Teſtis in cauſa propria quis poteſt eſſe, duobus cōcurrētibus.
5 Iuramēto actoris ſtatur in duobus in odium violētiarum. 20.
6 Iuramentū ſicut in expenſis debet precedere taxationē, ſic et in re
rum eſtimatione taxatio debet precedere iuramentum.
7 Eſtimatio rerum contra violentum quomodo probari poſſit.
8 Intereſſe ſurgens ex maleficio probatur per iuramentum. 9.
Saccum plenū pecunia, ſi depoſuerim penes aliquē qui poſtea
dicit plenum lapidibus, cū ego repeterē, poſſum probare eſtima
tionem pecunie per meum iuramentum.
10 Iuramentum in defectū probationis totalis et voluntarie quā
do poſſit deferri. nu. 14.
Iuramentum in litē, et iuramentum affectionis, quale ſit, et que
requirantur vt poſſit deferri. nu. 20.
11 Iuramentum an poſſit actori deferri pro verificatione eſtimatio
nis rerum perditarum.
13 Metū iuſtū non dicitur inferre omnis armatus cōtra aliquem.
15 Iuramento alicuius ſtatur in expenſis propter difficultatē pro
bandi.
16 Statuto ſi caueatur quod per incendium, vel depredationē tenea
tur villa reſarcire damnum, ſtabitur iuramento incēdium paſſi.
17 Iurare an quis poſſit vltra taxationem, vbi iuramentū ſibi de
fertur pro eſtimatione rerum ablatarum ſibi.
18 Sententia lata in plus, vel minus ſuper vera eſtimatione rerum
vi ablatarum iuramento probata non valet.
19 Taxationem eſtimationis rerum vi ablatarum quando poſſit
iudex reuocare. 20.
21 Appellari an debeat a taxatione eſtimationis rei perdite iura
mento actoris probata.
22 Iuramentum quando defertur actori pro eſtimatione rerum ſi
bi ablatarum, inſpici debet qualitas perſone, et rei perdite.
23 In taxatione, vel iuramento eſtimationis, ſi reus aggrauetur vl
tra quam debeat, an poſſit appellando a ſententia reparari eius
grauamen.

1 Super eo. ¶ † Probata violentia per teſtes,
res amiſſe, et eorum eſtimatio proba
tur per iuramentum. h. d. In prima parte queſtio. In ſe
cunda pape reſponſio ibi vel um. ¶ No. primo ex tex. quod in p
bando acceſſorio plene probato principali, releuatur quis pro
2 pter violentiam, vel in caſum violentie. ¶ † Nota ſecūdo caſum
in quo defertur ſacramentum actori, etiam non in defectum ſe
miplene probationis, ſed in defectum totalis probationis: et ſic
eſt caſus, in quo ſtatur ſacramento actoris, de eo, de quo agit e
3 tiam voluntarie ſibi non delato ſacramento: † et eſt caſus in quo
quis teſtis eſt in cauſa propria: et hoc duobus concurrentibus.
Primo odio violenti. Secundo, quod de principali violentia con
4 ſtet per teſtes. ¶ † Et nota que requirantur ad hoc vt tale iura
mentum deferatur: quia primo requiritur quod ius agendi fundetur
ſuper violentia, vel dolo conuenti. ¶ Secundo quod conſtet de
dolo, vel violētia partis. ¶ Tertio quod ſubſit difficultas, alias
5 non. cōcor. C. vnde vi. l. ſi quando. ¶ † Nota quod in odiū vio
lenti in duobus ſtatur ſacramento ipſius actoris, ſcilicet primo
6 ſuper rebus, ſecundo ſuper quātitate rerum. ¶ † Nota tertio quod
ſicut in expenſis ſacramentum precedit taxationem, ſic et in exa
minatione rerum taxatio precedere debet iuramentum, quando
iuratur ſuper eſtimatione rerum vi ablatarum: et ſic videt quod
in ſacramento in litem, quod defertur ad probandum eſtimatio
nem affectionis, debeat hodie precedere taxatio: et verum eſt, de
7 in litem iurando. l. videatur. et. l. in actionibus. ¶ † No. practicā
procedendi ad eſtimationem rerum contra violentum, quia primo
debet probari violentia: probata violentia, petitur ſacramentum
actoris ad probandas res. Secundo ad probādam etiam eſtima
tionem earum iudex taxat certam eſtimationem vltra quā non
iurat, poſtea dat ſibi facultatem iurandi. Tertio, condemnare
debet in tantum, quantum eſt iuratum, et hoc dicit gloſ. taxatio
8 ne. ¶ † Nota quod intereſſe ſurgens ex maleficio probatur per
ſacramentum. Hic ſunt glo. tantum, que examināt capitulū. gl.
9 per teſtes. et glo. perſonarum. ¶ † Capio primā, que habet tres
partes, et oppo. videtur hic intereſſe probari, ſeu eſtimatio per ſa
cramentum: contra Inſti. de verbo. oblig. §. non ſolum. ff. de mi
no. ſi emptione. ff. de eden. l. argentarius. §. ſi. So. Dicit gl. ſi agi
tur de intereſſe in delictis probatur per ſacramentum, in contra
ctibus probatur intereſſe per teſtes, vt in contrario. Idem glo. j.
de fo. compe. dilecti. Alij, quos recitat Inno. dicunt quod quan
doque agitur ex delicto: et eſtimatio per ſacramētum bene poteſt
probari. Quandoque agitur ex contractu: et tunc ſi arguitur per
fidia, vel dolus, et propter id agatur: vt exemplum, depoſui ſac
cum ſignatum illi, penes quem deſignaui ſaccum: ego dico quod
ibi erat pecunia, ipſe ibi dicit lapides fuiſſe, vel non dicit tantum
pecuniam fuiſſe: tunc ſi ago de perfidia, dic quod tunc iuramēto po
tero probare ibi fuiſſe pecuniam, vel quantitatem pecunie. Alle.
ad hoc. §. q. j. c. in primis. et preſumitur dolus eo ipſo quod ſac
cus eſt depoſitus ſignatus, et apparet deſignatus, niſi contrariū
probetur: quia fecit contra prohibitionem legis. Alleg. not. ſ. de
electi. c. cum iure. Item preſumitur ſaccum reſignaſſe: licet ne
get eo ipſo quod apparet ſaccum reſignatum, niſi aliis veriſi
milibus probationibus probet contra. Item preſumitur do
lus, eo quod contra pactum, et legem reſignauerit ſaccum, licet
alleget ſe non feciſſe ex culpa, vel dolo: quia preſumptio eſt con
tra eum. Allegat no. de electio. cum in iure. Si agitur ex contra
ctu, non autem arguatur dolus, tunc dicit quod non mirabitur,
ſed neceſſarie ſunt probationes ſuper quantitate pecunie cōſigna
te. alleg. ff. de edi. edic. l. edil. §. j. et. §. ij. Alij indiſtincte dicunt quod
ſiue agatur ex contractu, ſiue arguatur dolus, et perfidia, ſiue nō,
quod non deferatur ſacramentum: ſed ſi agatur ex delicto, bene de
fertur. Et ſic concluſio glo. vera eſt. Unde dicunt quod in preceden
ti caſu poteſt agi furti: et cōdemnabitur vt reſtituat ſaccum ſigna
tum: et ſi non reſtituat, condemnabitur ad eſtimationē, et deferre
tur iuſiurādū in litē. ff. de in litē iurā. l. ij. et. iij. ff. de rei vēdic. l. hoc
reſtituere. vel dolo facere ita quod non poſſit reſtituere: quia per
inde eſt non reſtituere. ff. quod vi, aut clam. l. ſemper. §. eum. Et
hoc verum, niſi certum eſſet, ſaccum eſſe reſignatum: quia tūc nō
condemnaretur ad reſtituendum ſaccum reſignatum, ſed defer
tur ſtatim ſacramentum in litem. ff. de dolo. l. arbitrio. ff. depoſi
ti. l. j. §. idem. ff. de peti. heredi. l. quia ſe. ff. de condi. fur. l. in re. ſacra

10 ff. de in litem iuran. l. cũ furti. ❡ † Or aduerte. tu debes ſcire qđ
quandoque defertur ſacramentum in defectum probationis to-
talis, ⁊ voluntarie, vel a partibus, iudice hortante, vel in ſupple-
mentum ſemiplene probationis: ⁊ hec ſit materia. c. de iureiur. ⁊
ſ. de procu. ex inſinuatione. Quandoque defertur ſacramentum
ſoli agenti, etiam inuito reo, in defectum totalis probationis: et
hoc eſt multiplex. Quoddam eſt ſacramentum in litem, hoc eſt,
quod datur ad probandum veram eſtimationem rerum, ⁊ non af-
fectionem: ⁊ hoc defertur in omnibus delictis, vbi duo concur-
runt. Primo quod ſit delictum, ⁊ ex delicto agatur. Secundo,
qđ difficilis, vel impoſſibilis ſit probatio: ⁊ caſus eſt hic, ⁊ in l.
eum furti. ff. de in litem iuran. defertur etiam hoc in actionibus
ſtricti iuris, non arbitrarijs: quod etiam appellatur ſacramen-
tum in litem. Et de hoc loquitur. l. in actionibus. in fi. de in litem
iuran. ⁊ hoc concurrente etiam difficultate probationis. Quod-
dam eſt ſacramentum in litem, in quo non examinatur vera rei
eſtimatio ſed ponitur ad eſtimationem affectionis iurantis, qđ
appellatur iuramentum affectionis: ⁊ de iſto loquitur totus titu-
lus de in litem iuran. an iſto defertur ſacramentum, quãdo actio
nes ſunt bone fidei, vel arbitrarie ſtricti iuris, vel in rem reales,
vt eſt rei vendicatio, ad exhibendum, hypothecaria, et ſimiles, ⁊
hoc, concurrente dolo: ⁊ non ſufficit lata culpa, et notatur in di
cta. l. in actionibus. ff. de in litẽ iuran. Modo habes in caſu ſup-
poſito. ſi agatur depoſiti. vt arguatur dolus, quia actio eſt bone
fidei, iurabitur in litem: ſi agatur furti non iurabitur in litẽ ſed
in lite. Si agatur ad exhibendum, que realis, tũc iurabitur in litẽ.
Et modo intelligis hanc materiam. Per hoc ſit expedita pri-
11 ma particula gloſ. ❡ † Venio ad ſecundam in verſi. ⁊ qđ dicit.
oppo. quod remedium huius decre. non habeat locum in actio-
ne quod metus cauſa ſed in interdicto vnde vi: ⁊ ſic per cõſequẽs
male ponatur de decre. Unde oppo. de. l. ſi quando. C. vnde vi.
que loquitur in interdicto, vt patet, quia ſumitur in titulo illo,
vnde vi. Gloſ. fatetur qđ remedium huius decre. habet locum ſo
lum in actione vi bonorum raptorum vel interdicto. vnde vi: vt
in dicta. l. ſi quando. Et ſi dicatur, non facit ad titulum. dicit gl.
quod imo in illa parte, prout dicit de his, que vi, ⁊c. ⁊ precedẽtes
decretales pertinent ad partẽ illam, quod metus, ⁊c. probat hec
glo. hoc, ⁊ facit vnam rationez fortem, ⁊ truncatam, hoc reme-
dium cauſat odium violenti, ſed actio quod metus cauſa datur
contra tertium poſſeſſorem, in quo non eſt hoc odium. ff. eo. l. ſi
cum exceptione. §. in hac actione, ergo neceſſario concluditur,
quod non habet locum hoc remedium, quod fundatur ſuper
odio. Inno. tenet. hic diſpoſitionem huius decreta. habere locũ
etiam ſi vis ſit compulſiua, ⁊ ſignatur quod met⁹ cauſa. Moue-
tur, quia alia hec decr. male eſſet ſita. Unde dicit de vi inquietati
ua, propter quam datur quod vi aut clam. ff. quod vi, aut clam. l.
ſemper. §. primo. Imo plus dicit, quod putat quod habet locum
in turbatiua, quia iſta decre. loquitur generaliter. Idem ſi agatur
furti, ſecundum Innocen. ex rationis identitate. Et placet Ho-
ſtien. quia ſubueniendum eſt probationibus, ⁊ malitia puniẽda.
Item propter difficultatem, ⁊ impoſſibilitatem probationis,
etiaz vbi non eſt commiſſa violentia, ſufficiunt probationes, ⁊
probabilia argumenta. de cle. peregri. ca. ij. ⁊ ſit aliis probato ſolũ
iuramento. C. de alim. pupill. preſtan. l. ij. ff. vbi pupill. educari de
bet. l. officio. C. de heretic. quoniam. in fi. Idem dicit glo. in omni
caſuali amiſſione, et quia difficilis eſt talis pbatio. de priuilegijs
olim. ❡ Videte ergo pondero hic duplex iuramentum. Quoddã
iuramentum, quod defertur ad probationem rerum amiſſarum:
⁊ hoc dico ſpeciale in actione vi bonorum captorum, ⁊ etiam in
interdicto vnde vi: quia non reperio quod in alijs hoc iuramen-
tum deferatur. Quoddam eſt iuramentum, per quod probatur
eſtimatio vera rerum. Et hoc dico quod vbicunque arguitur de-
lictum, et concurrit difficilis probatio, habet locum tale iuramẽ
tum vt in l. arbitrio. ff. de dolo. Pro tanto in actione quod me.
ca. ſi agitur contra meticuloſum, puto quod iuretur contra tertiũ
non niſi ſcienter in vitium ſucceſſit. et ad hoc de reſtitutio. ſpo. ſe-
12 pe. de iudic. quia. ❡ † Per predicta inferri poteſt, quod ſi reus, vel
domin⁹ terre iniuſte bannuerit, vel diffidauerit aliquẽ, qui multa
bona mobilia, vel immobilia habebat in eius diſtrictu, quod ſi
ſunt per alios occupata, dominus teneatur de amiſſis actione qđ
metus cauſa. ff. eodem. l. ſi cum exceptione. §. Pedius, quia me-
tus fuit cauſa amiſſionis. ff. eo. ſicut. §. in hac, ⁊ pbatur amiſſio
13 per iuramentum. Non obſtat l. metũ. ff. eo. ti. quia ibi fuit vanus
timor. Nam vanus eſt timor, fugere ſtatim, cum quis videt arma
tos: quia forte non vadũt contra eũ. Sed ſi armati premitterent
ei quod contra eum irent. vel alio probabili modo hoc ſuſpicari
deberet tũc bene haberet locum actio quod metus cauſa, ⁊ tene-
rẽtur armati de omni dãno, quod eorũ occaſione iuraret ſibi con
tigiſſe, ar. predictarũ legum. ⁊ ij. q. j. in primis, tamen propter hoc
non tenerentur interdicto vnde vi, niſi occuparent. ff. eo. l. ij. §. ſi
quis autem. ff. de incen. rui. nau. l. iij. §. non ſoli. Per hoc ſit expe
14 dita ſecunda particula gl. ❡ † Venio ad tertiam particula in v.
ſed que fuit cauſa, ⁊ hec recitetur p vij. oppoſitionis. Un opp. qđ
ſacramentum non ſit deferendum: nam non defertur ſacramen-
tum, niſi in defectum ſemiplene probationis. ſed hic non erat ſe-
miplene probatum: igitur de iureiur. c. ſi. ff. de iureiuran. l. admo-
nendi. So. Due ſunt ſolutiones. Quoddam eſt ſacramentum ne
ceſſarium, ⁊ de hoc loquitur ibi: illud defertur in omni cauſa re-
gulariter, dum tamen detur ſemiplena probatio. Quoddam eſt
ſacramentuz neceſſitatis, quod non defertur in defectũ ſemiple-
ne probationis, ſed plene: ⁊ hoc defertur duobus concurrentibus
propter difficultatem probandi, ⁊ odium rei, contra quem agi
tur: quia violentus eſt, vel aliter delinquit, an propter difficulta-
tem probationis, vt dicit Hoſtien. quando aliter probari non po
teſt, etiam dato quod non arguatur dolus ſufficiunt probabilia
argumenta. cle. pe. c. ij. ſicut ⁊ alis ſolo iuramento. C. de ali. pu. pre
ſtan. l. ij. ff. vbi pu. edu. de. l. officio. C. de heret. l. quoniã in fi. Ad
hoc concordat, quia hic habet preſumptionem pro ſe: q: pbata
violentia ab illo, qui conuenitur, ⁊ probata per teſtes, ſuigit pre-
ſumptio contra reum de rebus ablatis, ⁊ ideo defertur iuramen-
15 tum, † ſic ⁊ in expenſis ſtatur iuramento propter difficultatẽ p-
bandi. C. de iud. l. ſancim⁹. ⁊ hoc de tertia, ⁊ vltima particula. gl.
16 ❡ † Predicta faciunt ad queſtionem, ſtatuto cauetur quod ſi
